A few verbs add the suffix **-sc-** to the verb stem in the present, future and imperfect; this suffix is dropped in the perfect, e.g.

cognō-sc-ō, cognō-sc-ere, cognō-vī	I get to know, learn
crē-sc-ō, crē-sc-ere, crē-vī	I grow
quiē-sc-ō, quiē-sc-ere, quiē-vī	I rest

Exercise 22.1

Decline in all cases, in the singular: **haec rēs** in the plural: **illī diēs**

Exercise 22.2

Give the correct Latin form for the English verbs in parentheses and translate the sentences

- 1 diē quōdam Scintilla Horātiā māne (*woke*); nūndinae (*market day*) erant.
- 2 'ēvigilā,' inquit; 'tempus est ad forum (*to hurry*).'
- 3 Horātia mātī (*obeyed*) et celeriter (*got up*).
- 4 ubi ad forum (*they arrived*), plūrimī hominēs iam (*were there*).
- 5 in gradibus templī (*they stood*) et rēs suās (*they put out*).
- 6 mox omnēs rēs (*they had sold*) domūque (*to return*) parābant.
- 7 per forum lentē ambulābant amīcisque (*met*) quī ipsī rēs (*were selling*).
- 8 sed nihil (*they bought*); nam pauperēs (*they were*).

Uses of the ablative case

The ablative has a wide variety of meanings: *by, with, from, at, in, on*. We here summarize the commonest usages, which are already familiar to you:

1 **from:** the ablative can express *separation from* a place or thing, usually with a preposition, e.g.

ab urbe vēnit	he came from the city
ē silvā cucurrit	he ran out of the wood
dē monte dēscendit	he came down from the mountain
Rōmā discessit	he departed from Rome
domō festināvit	he hurried from home
forō longē aberat	he was a long way from the forum

So after some verbs and adjectives expressing *separation from*, e.g.

mē cūrā liberāvit	he freed me from care
fēminae liberae cūrā	women free from care
moenia dēfēnsōribus vacua	walls empty of defenders

2 **at/in/on:** the ablative can express *place where*, usually with a preposition, e.g.

in forō stābat	he was standing in the forum
sub arbore dormiēbat	she was sleeping under a tree
terrā marique pugnābant	they fought on land and sea

3 **at/on:** the ablative is used to express *time when*, e.g.

primā lūce discessērunt	they departed at dawn
quintō diē rediērunt	they returned on the fifth day

and *time within which*, e.g.

tribus diēbus rediit	he returned within three days
-----------------------------	-------------------------------

Note also:

multis post annis	many years after (literally: 'afterwards by many years')
paucis ante diēbus	a few days before

Exercise 22.3

Translate

- 1 ubi Quīntus Flaccusque domō discessērunt, Scintilla Horātiaque Venusiae manēbant.
- 2 cotidiē primā hōrā diēi surgēbant diūque in agrō labōrābant; vespere domum rediērunt, valdē fessae.
- 3 Scintilla rārō (*rarely*) cūrīs libera erat sed numquam spem dēposuit.
- 4 paucis post diēbus ab agrō redierat et in casā quiēscēbat cum tabellārius (*the postman*) epistolam eī trādidit.
- 5 Flaccus enim tandem epistolam Rōmā mīserat. Rōmam cum filiō sine cāsū advēnerat. haec epistola Scintillam magnā ānxiētāte liberāvit.

Chapter 23

ferō

Learn the verb **ferō, ferre, tulī** = I carry, bear.

The present is irregular:	ferō, fers, fert, ferimus, fertis, ferunt
imperatives:	fer, ferte
infinitive:	ferre

It has no perfect; it uses forms from another stem (**tul-**).

Exercise 23.1

Translate the following verb forms

1 fūgerant	6 fēcerātis	11 quaesīvimus
2 iaciēbat	7 fer	12 sīverāmus
3 tulistī	8 cupīvit	13 posuērunt
4 cēpī	9 tulerat	14 arcessīvistī
5 ferre	10 fertis	15 petīverat

Further uses of the ablative case

1 **with/by**: the ablative can express the *instrument* with or by which something is done:

mē gladiō vulnerāvit	he wounded me with a sword
pilis lūdēbant	they were playing with balls
ad urbem pedibus ibant	they were going on foot (by feet) to the city

This use is very common in such phrases as: **equō vectus** carried by (= riding on) a horse;
gladiō armātus armed with a sword.

2 **with**: the ablative can express the *manner* in which something is done, e.g.

summā celeritāte rediit	he returned with the greatest speed
magnā vōce clāmāvit	he shouted in (with) a loud voice

3 **with/of**: the ablative is used in describing *qualities*, e.g.

est puer magnō ingeniō	he is a boy of great talent
puella summā virtūte	a girl of the greatest courage
vir parvā prūdentia	a man of little prudence

4 Some adjectives take the ablative where English has a genitive, e.g.

iuvenis dignus est laude	the young man is worthy of praise
urna aquā plēna erat	the pot was full of water

Exercise 23.2

Translate

- 1 primā lūce Horātia ā fonte domum redībat; urnam gravem manibus ferēbat.
- 2 Scintilla eam magnā vōce vocāvit; 'redī, Horātia,' inquit, 'mēque celeriter iuvā.'
- 3 Horātia urnam in terrā dēposuit summāque celeritāte ad mātrem recurrit.
- 4 illa ē iānuā cucurrit et 'ecce, filia,' inquit, 'ardet (is on fire) casa.'
- 5 Horātia urnam aquā plēnam tulit flammāsque celeriter exstīnxit (put out).
- 6 Scintilla fīliam laudāvit: 'puella es maximā virtūte, Horātia, summāque laude digna.'

Exercise 23.3

Put the phrases in parentheses into the correct case and translate the sentences

- 1 (prīma lūx) Quīntus cum (pater) (domus) discessit.
- 2 lūdus Orbiliī (forum) nōn longē aberat. (breve tempus) ad lūdum advēnerant.
- 3 amīcī, ubi Quīntum cōspēxērunt, (magna vōx) eum vocāvērunt.
- 4 magister, (clāmōrēs) puerōrum commōtus, ē (lūdus) exiit puerōsque (vultus sevērus) spectāvit.
- 5 'nōlīte, puerī,' inquit 'tōtam urbem (tantī clāmōrēs) excitāre; celeriter intrāte.'

Exercise 23.4

Translate into Latin

- 1 One day (on a certain day) Quintus was hurrying to school.
- 2 He was crossing the forum when (**cum**) someone called him in a loud voice.
- 3 He turned round and saw Marcus, who was running at top speed towards him through the crowd.
- 4 'Quintus,' he said, 'you are a boy of great industry (**industria**) but you must not go to school today. Come with me to the races.'
- 5 Marcus led him from the forum to the Circus Maximus, which was full of men and women.

Exercise 23.5

In the following sentences change verb forms to the perfect and translate

- | | |
|----------------------|------------------------|
| 1 iānuam aperit. | 6 canem quaerō. |
| 2 urnam frangis. | 7 pecūniam trādis. |
| 3 aquam ferō. | 8 togam emit. |
| 4 Rōmam contendimus. | 9 omnia cognōscunt. |
| 5 domī manent. | 10 in casā quiēscimus. |

Chapter 24

The comparison of adjectives

Both English and Latin adjectives have three degrees of comparison, e.g.

	<i>positive</i>	<i>comparative</i>	<i>superlative</i>
<i>English</i>	brave	braver	bravest, very brave
<i>Latin</i>	fortis	fortior	fortissimus

The comparative is often used in comparing one thing with another, e.g.

The girl is braver than the boy.

puella fortior est quam puer. (Notice **quam** = than.)

Most adjectives form the comparative by adding **-ior** and the superlative by adding **-issimus** to the stem, e.g.

long-us,	long-ior,	long-issimus
long,	longer,	longest, very long
trist-is,	trist-ior,	trist-issimus
sad,	sadder,	saddest, very sad

Exercise 24.1

Form the comparative and superlative of the following adjectives

laetus, gravis, ingēns (*stem*: ingent-), altus

The comparative is a 3rd declension adjective (consonant stem: **-ior-**):

	<i>singular</i>		<i>plural</i>	
	<i>m. & f.</i>	<i>n.</i>	<i>m. & f.</i>	<i>n.</i>
<i>nom.</i>	fortior	fortius	fortiōrēs	fortiōra
<i>acc.</i>	fortiōrem	fortius	fortiōrēs	fortiōra
<i>gen.</i>	fortiōris	fortiōris	fortiōrum	fortiōrum
<i>dat.</i>	fortiōrī	fortiōrī	fortiōribus	fortiōribus
<i>abl.</i>	fortiōre	fortiōre	fortiōribus	fortiōribus

The superlative adjective declines like **bonus: fortissim-us, fortissim-a, fortissim-um**

A few common adjectives have irregular comparison; learn:

bonus	good	melior	better	optimus	best, very good
malus	bad	peior	worse	pessimus	worst, very bad
magnus	big	maior	bigger	maximus	biggest, very big
multus	much, many	plūs*	more	plūrimus	most, very many
parvus	small	minor	smaller	minimus	smallest, very small

***plūs** in the singular is a neuter *noun*, declining: **plūs, plūs, plūris, plūri, plūre**; so **plūs vinī** = more (of) wine.

In the plural it is a 3rd declension *adjective* (consonant stem: **plūr-**); so **plūrēs fēminae** = more women.

The use of **quam** = than

Marcus fortior est quam Quintus. Marcus is stronger than Quintus.

numquam iuvenem fortiōrem vīdī quam Marcum. I have never seen a young man stronger than Marcus.

When **quam** is used, the two things compared are in the same case.

Exercise 24.2

Translate

- 1 numquam puellam prūdentīorem vīdī quam Horātiam.
- 2 ego multis puellis occurrī prūdentīoribus quam Horātiae.
- 3 errās; Horātia multō (*much*) prūdentior est quam cēterae.
- 4 nēmō fortior fuit quam Achillēs.
- 5 nōn tibi crēdō; multōs virōs vīdī fortiōrēs quam Achillem.
- 6 errās; Achillēs fortissimus erat omnium hērōum.

Exercise 24.3

Translate into Latin

- 1 I am making a very long journey. I am looking for a bigger ship than this.
- 2 This ship is very good; you cannot find a better ship in all the harbour (**portus, -ūs, m.**).
- 3 The traveller (**viātor**) boarded the ship unwilling(ly). When they reached the open sea, he was very afraid.
- 4 The ship was very small; the waves were very big.
- 5 When they reached land, 'I have never made' he said 'a worse journey than this.'

Chapter 25

Irregular superlatives

Adjectives ending **-er** in the nominative double the **r** to form the superlative, e.g.

celer, celerior, celerrimus miser, miserior, miserrimus pulcher, pulchrior, pulcherrimus

The following adjectives ending **-ilis** double the **l** to form the superlative:

facilis, faciliior, facillimus difficilis, difficilior, difficillimus

The comparison of adverbs

fortiter bravely
fortius more bravely
fortissimē very bravely

The accusative neuter of the comparative adjective is used as the comparative adverb:

fortior = braver; **fortius** = more bravely.

The superlative adverb is formed by changing the ending of the superlative adjective **-us** to **-ē**:

fortissimus = very brave; **fortissimē** = very bravely.

Exercise 25.1

Form adverbs from the following adjectives and give their comparative and superlative

lentus, longus, bonus, facilis (*adverb: facile*), miser

Irregular comparison

	<i>adverb</i>	<i>comparative adverb</i>	<i>superlative adverb</i>
multus	multum	plūs	plūrimum
magnus	magnopere	magis	maximē

Note the comparison of the following adverbs:

diū, diūtius, diūtissimē
 saepe, saepius, saepissimē.

Note also the use of **quam** with the superlative:

quam celerrimē = as quickly as possible; **quam maximus** = as large as possible;
quam primum = as soon as possible.

Exercise 25.2

Translate

- 1 petauristae (*acrobats*) Venusiam advēnerant; Scintilla Horātiā iussit sē quam celerrimē parāre.
- 2 ubi ad forum pervēnērunt, plūrimī hominēs iam concurrēbant. Scintilla locum vacuum difficillimē quaerēbat.
- 3 'festīnā, Horātia,' inquit, 'ad templī gradūs; optimum locum videō unde omnia melius vidēre possumus.'
- 4 templī gradūs ascendērunt unde petauristās clārissimē vidēre poterant.
- 5 petauristae optimī erant; aliī per circulōs ardentēs (*burning hoops*) saliēbant, aliī per fūnēs (*ropes*) altōs ambulābant.
- 6 Scintilla 'nihil spectāre mālō' inquit 'quam petauristās.'

- 7 Horātia 'nēmō' inquit 'fortior est quam ille petaurista, quī per fūnem altissimum ambulāvit.'
 8 diūtissimē petauristās spectābant. Scintilla 'numquam' inquit 'melius spectāculum vīdī quam hoc.'
 9 Horātia 'cūr nōn saepius' inquit 'Venusiam veniunt petauristae?'
 10 tandem vesper aderat; discessērunt hominēs. Horātia miserrima erat quod lūdī cōfectī sunt.

Exercise 25.3

Translate into Latin

- 1 Quintus no longer enjoyed his studies.
- 2 He was very miserable and very often wished to leave school.
- 3 At last his father said, 'Quintus, why aren't you enjoying your studies more?'
- 4 Quintus replied: 'All my friends have left school. I want to leave as soon as possible.'
- 5 Flaccus said, 'My son, you are no longer a boy, but a young man now. You must leave school and put on the toga of manhood.'

Exercise 25.4

Translate the following verb forms

- | | | | | |
|---------------|--------------|-----------|-------------|-----------------|
| 1 cecidit | 4 redīte | 7 fuistī | 10 fac | 13 iēcimus |
| 2 ferre | 5 rettulistī | 8 legimus | 11 posuerat | 14 volumus |
| 3 reddiderant | 6 posse | 9 lēgimus | 12 potuimus | 15 quaesivērunt |

Chapter 26

The present participle

The present participle has often occurred in the narratives.

coniūrātī Caesarem reliquērunt in terrā iacentem.

The conspirators left Caesar lying on the ground.

Orbilius puerōs spectāvit lūdum intrantēs.

Orbilius watched the boys entering the school.

Participles are *verbal adjectives*; they decline like **ingēns** (except for the ablative singular which ends **-e**, not **-ī**). As *adjectives* they always agree with a noun or pronoun in case, gender and number, e.g. in the first example above **iacentem** agrees with **Caesarem**, accusative masculine singular. As verbs they can take an object, e.g. in the second example, **intrantēs** agrees with **puerōs**, the object of **spectāvit**, but it has itself an object – **lūdum**.

The present participles from the five conjugations are:

	1 parā-	2 monē-	3 reg-	4 audi-	mixed capi-
<i>nom.</i>	parāns	monēns	regēns	audiēns	capiēns
<i>gen.</i>	parantis	monentis	regentis	audientis	cipientis
	preparing	warning	ruling	hearing	taking

The present participles of all verbs are formed regularly except for **eō**, which has nominative singular **iēns** but all other cases starting **e**: **euntem**, **euntis**, **euntī**, **eunte**, etc.

Exercise 26.1

In the following sentences say what noun or pronoun the participle agrees with and translate the whole sentence

- 1 Quīntus ad lūdum festīnāns forum trānsībat.
- 2 subitō aliquem vīdit ad sē currentem.
- 3 Quīntus Marcō occurrit ad circum prōcēdentī.
- 4 plūrimōs hominēs spectābant ad circum convenientēs.
- 5 Quīntus Marcusque circum intransēs per turbam sē trūsērunt (*pushed*).
- 6 plūrimōs spectātōrēs vīdimus prope theātrum Pompēiī stantēs.
- 7 Quīntus coniūrātōs vīdit Caesarem oppugnantēs.
- 8 coniūrātī Caesarem mortuum reliquērunt in terrā iacentem.
- 9 turba hominum per viās discurrēbat magnā vōce clāmantium.
- 10 Quīntus patrī occurrit domum festīnantī.

NB Sometimes the Latin participle may be translated by a clause in English, e.g.

Horātia ad mātrem accessit in hortō quiēscentem.

Horatia approached her mother (while she was/who was) resting in the garden.

mihi haec rogantī pater nihil respondit.

When I asked this my father made no reply. (Literally: 'To me asking this my father replied nothing.')

Exercise 26.2

Translate the following sentences using clauses to translate the participles

- 1 Horātia ab agrō sōla rediēns iuvenī occurrit quī eam salūtāvit.
- 2 iuvenis Horātiae nōn nōtus erat; illa igitur festīnāvit eīque accēdentī nihil respondit.
- 3 eō ipsō tempore Horātia amīcum vīdit ad colōniam redeuntem.
- 4 ille Horātiae succurrit eamque domum ambulāntem dēdūxit (*escorted*).
- 5 Horātia, ubi domum advēnit, omnia mātři nārrāvit in casā sedentī.

Exercise 26.3

In the following sentences put the verbs in parentheses into the correct form of the present participle and then translate the whole sentence, e.g.

Horātia mātrem spectābat cēnam (parāre).

parantem: Horatia watched her mother preparing supper.

(To get the right answer, first ask yourself what the present participle means; **parāns** = preparing. Then ask 'Who was preparing supper?' Answer: **mātrem**; so the participle must agree with **mātrem** – accusative, feminine, singular.)

- 1 puerī in scholā (sedēre) diligenter labōrābant.
- 2 sed Quīntus magistrum dē poētā vetere (dicere) nōn audiēbat.
- 3 Orbilius eum vīdit aliquid in tabulā (scrībere).
- 4 magister eum vultū sevērō (inspicere) rogāvit: 'quid facis, Quīnte?'
- 5 ille magistrō haec (rogāre) respondit: 'nihil faciō, magister. tē audiō.'
- 6 sed magister Quīntō haec (dicere) nōn crēdidit.
- 7 Quīntus magistrātūs vīdit theātrum Pompēiī (intrāre).
- 8 Caesarem (sedēre) multī senātōrēs circumstābant.
- 9 Caesar Brūtum vīdit in sē (currere).
- 10 Brūtō in sē (currere) Caesar dīxit: 'et tū, Brūte?'

Exercise 26.4

Translate the following verb forms

1 date	6 fert	11 movet	16 discite
2 dabam	7 ferre	12 mōvit	17 discēbās
3 dedit	8 ferimus	13 movēte	18 didicī
4 dantem	9 ferentēs	14 mōverātis	19 discēns
5 dederat	10 tulerant	15 movēbant	20 didicerant

Chapter 27

The future tense

The future tenses of verbs of the 1st and 2nd conjugations go as follows:

1 parā-	2 monē-
parā-bō (I shall prepare)	monē-bō (I shall warn)
parā-bis	monē-bis
parā-bit	monē-bit
parā-bimus	monē-bimus
parā-bitis	monē-bitis
parā-bunt	monē-bunt

The future of verbs of 3rd and 4th conjugations and mixed conjugation goes as follows:

3 reg-	4 audi-	mixed capi-
reg-am (I shall rule)	audi-am (I shall hear)	capi-am (I shall take)
reg-ēs	audi-ēs	capi-ēs
reg-et	audi-et	capi-et
reg-ēmus	audi-ēmus	capi-ēmus
reg-ētis	audi-ētis	capi-ētis
reg-ent	audi-ent	capi-ent

Learn both sets of endings carefully.

The future of *sum* is: **erō, eris, erit, erimus, eritis, erunt** I shall be, etc.

Exercise 27.1

Translate the following verb forms

1 rogābimus	4 dīcunt	7 mittet	10 scrībēmus
2 docēbit	5 dormiam	8 mittit	11 pugnābunt
3 dīcent	6 eris	9 poterit	12 monēbitis

Exercise 27.2

Translate into Latin

1 We shall come	4 He/she will lead	7 They will flee	10 We shall climb
2 They will sail	5 I shall run	8 He/she is playing	11 We are climbing
3 I shall laugh	6 You (<i>sing.</i>) will come	9 He/she will play	12 You (<i>pl.</i>) will love

Exercise 27.3

Translate

- 1 Quīntus domum curret patrique omnia nārrābit.
- 2 Flaccus 'in magnō periculō erimus,' inquit. 'Rōmā discēdēmus.
- 3 ego Venusiam redibō, tū ad Graeciam nāvigābis.'
- 4 Quīntus 'ad Hēliodōrum festinābō' inquit 'eumque valēre iubēbō.'
- 5 Flaccus 'festinā, Quīnte,' inquit; 'crās ad portum contendēmus et nāvem inveniēmus quae tē ad Graeciam feret.'

The future perfect tense

By now Quintus will have reached Athens. **iam Quīntus Athēnās advēnerit.**

This tense, rare in English, is used to indicate an action completed in the future. It is commonly used in Latin in sentences such as:

cum Athēnās advēneris, in Acadēmīā studēbis. When you arrive/When you have arrived (i.e. will have arrived) in Athens, you will study in the Academy.

sī patrem meum videris, omnia eī nārrā. If you see (i.e. will have seen) my father, tell him everything.

The tense is formed by adding the following endings to the perfect stem:

-erō	-erimus
-eris	-eritis
-erit	-erint

1	2	3	4	mixed
parāv-erō etc. I shall have prepared	monu-erō etc. I shall have warned	rēx-erō etc. I shall have ruled	audīv-erō etc. I shall have heard	cēp-erō etc. I shall have taken

Exercise 27.4

Translate

- 1 cum Athēnās advēneris, hanc epistolam Theomnēstō dā.
- 2 cum ad portum vēnerimus, multās nāvēs vidēbimus.
- 3 cum magister signum dederit, nautae nāvēs solvent.
- 4 sī magister prūdēs fuerit, ad portum sine periculō adveniēmus.
- 5 sī diligenter studueris, multa discēs.
- 6 cum domum redierō, omnia tibi nārrābō.

Exercise 27.5

Translate the following verbs forms

- | | | |
|-------------|---------------|--------------|
| 1 redite | 6 audiunt | 11 posse |
| 2 redibō | 7 audient | 12 possunt |
| 3 redibāmus | 8 audivimus | 13 potuit |
| 4 redierint | 9 audiverimus | 14 poterāmus |
| 5 redierunt | 10 audientēs | 15 poterimus |

Exercise 27.6

Translate into Latin

- 1 When we arrive at Rome, I will send you a letter without delay.
- 2 When Quintus has sailed to Greece, I shall return to Venusia.
- 3 If I leave Rome at once, I shall reach Venusia within ten days.
- 4 When I see you, you will hear everything.
- 5 If Antonius rouses the people, there will be civil war.

Chapter 28

Relative clauses

You have already met the relative pronoun **quī, quae, quod** = 'who', 'which' in the nominative case; you must now learn its full declension:

	singular			plural		
	m.	f.	n.	m.	f.	n.
nom.	quī	quae	quod	quī	quae	quae
acc.	quem	quam	quod	quōs	quās	quae
gen.	cuius	cuius	cuius	quōrum	quārum	quōrum
dat.	cui	cui	cui	quibus	quibus	quibus
abl.	quō	quā	quō	quibus	quibus	quibus

The relative pronoun is one of the few English words which still decline, e.g.:

compare:			
nom.	who	he	she
acc.	whom	him	her
gen.	whose	his	hers

The relative pronoun agrees with its *antecedent* (the word it refers to) in gender and number (singular or plural), but its case depends upon its function (e.g. subject, object, indirect object) in its own clause, e.g.

- 1 **Scintilla (quae epistolam nōdum accēperat) trīstis erat.**

Scintilla, who had not yet received a letter, was sad.

quae is feminine singular because it refers to **Scintilla**; it is in the nominative case because it is the subject of **accēperat**.

- 2 **amicī (quōs in viā vīdimus) nōs salūtāvērunt.**

The friends whom we saw in the road greeted us.

quōs is masculine plural because it refers to **amicī**; it is in the accusative case because it is the object of **vīdimus**.

- 3 **Scintilla colōnōs (quī in agrīs labōrābant) salūtāvit.**

Scintilla greeted the farmers who were working in the fields.

quī is masculine plural because it refers to **amīcōs**; it is in the nominative case because it is the subject of **labōrābant**.

Exercise 28.1

Translate

- 1 Flaccus, quī filium valēre iusserat, Rōmam rediit.
- 2 epistolam scrīpsit quam uxōrī statim mīsīt.
- 3 Flaccus omnia quae Rōmae acciderant Scintillae nārrāvit.
- 4 Horātia tabellāriō (*postman*) occurrit, quī epistolam eī dedit.
- 5 Scintilla, cui Horātia epistolam trādidit, eam celeriter perlēgit.
- 6 māter Horātiae nārrāvit ea quae scrīpserat Flaccus.
- 7 Horātia amīcīs quibuscum lūdēbat tōtam rem exposuit.
- 8 amīcī, quōrum parentēs rem cognōscere cupiēbant, omnia eīs dīxērunt quae audīverant.
- 9 sīc brevī tempore omnēs Venusinī omnia cognōverant quae scrīpserat Flaccus.

Exercise 28.2

Put the relative pronoun (in parentheses) into the correct form and translate the whole sentence

- 1 Quīntus, (*who*) in lītore stābat, nāvem spectābat.
- 2 pater, (*whose*) oculī lacrimīs plēnī erant, filium valēre iussit.
- 3 iter (*which*) Quīntus inībat longissimum erat.
- 4 nautae, (*whom*) Quīntus spectābat, nāvem solvere parābant.
- 5 nautae, (*to whom*) magister imperia dederat, nāvem solvērunt.
- 6 nāvis in (*which*) ad Graeciam nāvigābat nōn magna erat.
- 7 multī viātōrum (*with whom*) Quīntus colloquīum faciēbat valdē ānxiī erant.
- 8 Quīntus tempestātem, (*which*) cēterōs terrēbat, nōn timuit.

Exercise 28.3

Put the following verb forms into (a) the future (b) the perfect (c) the future perfect

- 1 mittit 2 pōnunt 3 iubēmus 4 dat 5 reddit

Exercise 28.4

Translate into Latin

- 1 The captain, to whom Flaccus had given the money, called Quintus into the ship.
- 2 The ship, which the sailors had cast off, proceeded slowly out of the harbour.
- 3 Quintus approached two passengers who were standing in the stern (**puppis, puppis**).
- 4 One (**alter**) passenger with whom Quintus was talking (**colloquium facere**) was travelling to Puteoli.
- 5 The other (**alter**), whose parents lived in Greece, was returning home.

Chapter 29

Alter, uter and uterque

Because so many things come in pairs (eyes, hands, arms, legs, etc.), Latin has a special set of pronouns used with pairs.

Learn the following, which all have genitive singular **-ius** and dative singular **-ī**, all genders:

alter, altera, alterum one or the other of two, e.g.

puer alterā manū librum ferēbat, alterā stilum.

In one hand the boy was carrying a book, in the other a pen.

duo hominēs forum iniēerunt; alter iuvenis erat, alter senex.

Two men entered the forum; one was young, the other old.

uter, utra, utrum? which of two? e.g.

utrā manū librum ferēbat? In which hand was he carrying the book?

The neuter, **utrum**, is used in double questions followed by **an** = 'or', e.g.

utrum in urbe manēbis an domum redibis?

Will you stay in the city or return home? (literally: Which of two things, will you ...)

utrum ad Tirōnem epistolam scribis an ad patrem?

Are you writing your letter to Tiro or to your father?

uterque, utraque, utrumque each of two, e.g.

librōs utrāque manū ferēbat. He was carrying books in each hand.

et Scintilla et Horātia Flaccum maximē dēsiderābant (*missed*); **ubi ille domum rediit, utraque laetissima erat.**

Both Scintilla and Horatia missed Flaccus very much; when he returned, each was very happy.

Exercise 29.1

Decline in the singular, all cases: alter amicus and utra manus

Exercise 29.2

Translate

- 1 Quīntus duōbus cum viātōribus colloquium faciēbat.
- 2 uterque Rōmā vēnerat et ad Graeciam nāvigābat.
- 3 Quīntus alterī dixit: 'utrum diū in Graeciā manēbis an brevī tempore Rōmam redibis?'
- 4 ille respondit: 'nōn diū in Graeciā manēbō. mercātor (*merchant*) sum. ubi primum negōtium cōnfēcī, Rōmam redibō.'
- 5 alter 'ego' inquit 'cupiō in Acadēmīā studēre. trēs annōs Athēnīs manēbō.'
- 6 Quīntus 'mihi quoque prōpositum (*intention*) est' inquit 'in Acadēmīā studēre. cuius scholās (*lectures*) audire cupis?'
- 7 ille 'Theomnēstum' inquit 'in prīmīs (*especially*) audire cupiō, quī, ut (*as*) dīcunt, optimus est doctōrum.'
- 8 Quīntus 'sine dubiō' inquit 'in Acadēmīā tē vidēbō. ego enim eiusdem doctōris scholīs aderō.'

Exercise 29.3

Put the words in parentheses into the correct case and translate the whole sentence

- 1 ante (diēs) surrēxit Quīntus et sine (mora) ad Acadēmīam prōcēdēbat.
- 2 trāns (agora) festināvit, cupiēns quam celerrimē advenīre.
- 3 ubi ad (Acadēmīa) advēnit, iuvenī quī prō (portae) stābat dīxit: 'sī vīs, mē ad Theomnēstum dūc.'
- 4 ille respondit: 'inveniēs eum prope (theātrum). venī mēcum.'
- 5 iuvenis eum dūxit ex (ātrium) ad tablinum Theomnēstī, quī eum benignē accēpit.
- 6 post (meridiēs) Quīntus manum iuvenum vīdit inter (quī) erat Marcus Cicerō.
- 7 ille Quīntum laetus salūtāvit eumque rogāvit dē (omnia) quae Rōmae fiēbant.
- 8 Quīntus eī omnia nārrāvit causamque exposuit propter (quae) pater eum Athēnās mīserat.

Exercise 29.4

Translate into Latin

- 1 Quintus was sitting in a pub (**taberna**) with Marcus drinking wine.
- 2 Two young men came up and greeted Marcus.
- 3 One, who was carrying a book in each hand, said, 'Will you come with me to the Lyceum or stay here drinking wine?'

- 4 The other said, 'Surely you don't want to listen to Cratippus, Marcus? Stay here with me.'
 5 Quintus said, 'You must listen to Cratippus' lecture today. Don't you listen to him gladly (**libenter**)? Are you not his best pupil? That was what you wrote to Tiro. (= You wrote these things to Tiro.)'

Chapter 30

Active and passive

All the verb forms you have met so far have been in the active voice. In the *active* voice, the subject *acts*, e.g.

Quintus *calls* Marcus. Scintilla *leads* Horatia.

In the *passive* voice, the subject *is acted upon*, e.g.

Marcus *is called* by Quintus. Horatia *is led* by Scintilla.

In these sentences Marcus/Horatia are not acting but are the recipients of the action; he is being called, she is being led.

Exercise 30.1

Rewrite the following English sentences in passive form, e.g.

Brutus killed Caesar = Caesar was killed by Brutus.

- | | |
|--------------------------------------------------|--------------------------------------------|
| 1 The captain gave the signal. | 4 The storm frightened all the passengers. |
| 2 The sailors cast off the ship. | 5 But the captain saved the ship. |
| 3 The sailors rowed the ship out of the harbour. | |

The perfect passive participle

You have already met a number of perfect passive participles, e.g.

apertus, -a, -um:	having been opened, open (from aperiō)
parātus, -a, -um:	having been prepared, prepared (from parō)
commōtus, -a, -um:	having been moved, moved (from commoveō)
terrītus, -a, -um:	having been terrified, terrified (from terreō)
dēsertus, -a, -um:	having been deserted, deserted (from dēserō).

The perfect passive participle is a verbal adjective, declined like **bonus, -a, -um**. It is formed from the supine of the verb. The *supine* is the fourth of the principal parts of verbs, which appears in all vocabularies from chapter 30 on; its uses will not be explained until Part III. It is most commonly formed by adding the suffix **-tum** (sometimes **-sum**) to the present verb stem. The perfect passive participle itself is formed by changing the final **-m** of the supine to **-s**, so:

<i>supine</i>	<i>perfect passive participle</i>	
parāt-um	parāt-us, -a, -um	having been prepared, prepared
monit-um	monit-us, -a, -um	having been warned, warned
rēct-um	rēct-us, -a, -um	having been ruled, ruled
audīt-um	audīt-us, -a, -um	having been heard, heard
capt-um	capt-us, -a, -um	having been taken, taken

Examples of verbs with supines in **-sum**:

iubeō, iubēre, iussī, iussum	iussus, -a, -um
videō, vidēre, vīdī, vīsum	vīsus, -a, -um
mittō, mittere, mīsī, missum	missus, -a, -um

In the following examples notice that the participles agree with the noun to which they refer in number, gender and case.

- 1 **Aenēas, ā Mercuriō monitus, nāvēs parāvit.**
Aeneas, warned by Mercury, prepared the ships.
- 2 **omnēs cēnam ā Scintillā parātam ēdērunt.**
They all ate the dinner prepared by Scintilla.
- 3 **centuriō hostēs in proeliō captōs ad imperātōrem dūxit.**
The centurion led the soldiers (who had been) captured in battle to the general.
- 4 **cōsul militibus convocātis haec dīxit.**
The consul called together the soldiers and said this (these things).
(Literally: The consul said this to the soldiers having been called together.)
- 5 **Marcus Quintum in viā vīsum in tabernam dūxit.**
Marcus saw Quintus in the street and led him to a pub. *or* When Marcus saw Quintus in the street, he led him to a pub. (literally: Marcus led Quintus having been seen in the street to a pub.)

NB 1 In the last three examples Latin and English idiom differ; English often uses a clause where Latin uses a participle. You must grasp the sense of the Latin and express it in natural English.

- 2 **ā/ab** = 'by' is always used with people (*agents*) but not with things (*instruments*), e.g.

mīles ab hostibus vulnerātus the soldier wounded by the enemy

but:

mīles hastā vulnerātus the soldier wounded by a spear

Exercise 30.2

What do the following words mean (and say what verb each comes from)?

vocātus, territus, custōdītus, excitātus, scrīptus, doctus, factus, clausus, dēfēnsus, versus

Exercise 30.3

Translate

- 1 Caesar ā coniūrātīs occīsus prope statuam Pompēiī iacēbat.
- 2 coniūrātī ab Antōniō oppugnātī ex urbe fūgērunt.
- 3 Flaccus, cīvium tumultibus territus, cōstituit Venusiam redīre.
- 4 Scintilla epistolam ā Quīntō scrīptam laeta accēpit.
- 5 Horātia Decimō spōnsāta (*betrothed*) ad nūptiās sē parāvit.
- 6 plūrimī amīcī ad nūptiās vocātī cēnam magnificam ā Scintillā parātam sūmpsērunt.
- 7 Decimus Horātiaē, dominae familiae iam factae, aquam et ignem dedit.
- 8 Scintilla Flaccusque tōtā rē dēlectātī domum rediērunt.

Exercise 30.4

Translate the following sentences into natural English, e.g.

Scintilla Horātiam salūtātam in casam dūxit.

either Scintilla greeted Horatia and led her into the house.

or When Scintilla had greeted Horatia, she led her into the house.

- 1 coniūrātī Caesarem occīsum in terrā iacentem reliquērunt.
- 2 Antōnius cīvēs in forum convocātōs ad furōrem excitāvit.
- 3 Flaccus Quīntum ad portum ductum valēre iussit.
- 4 Scintilla Horātiam māne excitātam ad nūptiās sē parāre iussit.
- 5 Decimus Horātiam ad novam domum ductam super līmen sustulit.

Exercise 30.5

Put the verbs in parentheses into the correct form of the perfect passive participle and translate the whole sentence

- 1 iuvenēs ad theātrum (convocāre) Cratippum exspectābant.
- 2 mox advēnit et ā discipulīs (salūtāre) nihil respondit.
- 3 iuvenēs vultū sevērō diū (inspicere) sic monuit.
- 4 'paucīs ante diēbus vōs iussī librum legere ā Platōne (scribere).
- 5 vix quisquam vestrum (of you) hunc librum lēgit. omnēs, ā Marcō Cicerōne in tabernās (dūcere), tempus teritis (you waste) vīnum bibentēs.
- 6 itaque hodiē scholam vōbīs nōn habēbō. in urbem festīnāte et illum librum (emere) legite.'
- 7 iuvenēs, hīs verbīs (commovēre), omnia fēcērunt sicut Theomnēstus iusserat.

Exercise 30.6

Translate into Latin

- 1 The girls, warned by their mother, stayed at home.
- 2 Flaccus, terrified by the riots, decided to return home.
- 3 The sailors, ordered by the captain, cast off the ship.
- 4 Scintilla quickly read the letter written by Quintus.
- 5 The young men bought the books praised by Cratippus.

Exercise 30.7

In the following sentences turn the first verb into a perfect passive participle and then translate into Latin, e.g.

The young men were called to the theatre and listened to the lecture = The young men, having been called..., listened... **iuvenēs ad theātrum vocātī scholam audivērunt.**

- 1 Horatia was woken by her mother and prepared for the wedding.
- 2 Many friends were called to the wedding and joyful(ly) came to the house.
- 3 Decimus was led to the house by his friends and waited for Horatia.
- 4 All the guests (**hospitēs**) were called together by Flaccus and watched Horatia and Decimus joining (**cōnserere**) hands.
- 5 After dinner Decimus led Horatia through the streets and carried her into her new home (= Decimus carried Horatia having been led ...).

Exercise 30.8

Translate the following verb forms

- | | | |
|----------|-------------|--------------|
| 1 dūcere | 6 faciēmus | 11 invenit |
| 2 dūcēns | 7 fēcērimus | 12 invēnit |
| 3 dūc | 8 faciēns | 13 inveniēns |
| 4 ductus | 9 facite | 14 inventus |
| 5 dūcet | 10 factus | 15 invenient |

Chapter 31

Perfect, future perfect and pluperfect passive

The *perfect passive* consists of the perfect passive participle plus the present of **sum**:

parātus sum	I was prepared, I have been prepared
parātus es	you were prepared, you have been prepared
parātus/a est	he/she was prepared, he/she has been prepared
parātī sumus	we were prepared, we have been prepared
parātī estis	you were prepared, you have been prepared
parātī sunt	they were prepared, they have been prepared

Notice that the participle, being an adjective, agrees with the subject, e.g.

puer parāt-us est; puell-a parāt-a est
puer-ī parāt-ī sunt; puell-ae parāt-ae sunt

So also:

monitus sum	I was warned, I have been warned
rēctus sum	I was ruled, I have been ruled
audītus sum	I was heard, I have been heard

The *future perfect passive* consists of the perfect passive participle plus the future of **sum**:

parātus erō	I shall have been prepared
monitus erō	I shall have been warned
rēctus erō	I shall have been ruled
audītus erō	I shall have been heard

The *pluperfect passive* consists of the perfect passive participle plus the imperfect of **sum**:

parātus eram	I had been prepared
monitus eram	I had been warned
rēctus eram	I had been ruled
audītus eram	I had been heard

(For the full paradigms, see the Reference grammar, p. 158.)

The meanings of the perfect passive

You will remember that the *perfect active* has two different meanings, e.g.

Flaccus Quīntum Rōmam dūxit.
either Flaccus led Quintus to Rome.
or (in a present context) Flaccus has led Quintus to Rome.

So, in the *passive*:

Quīntus Rōmam ā Flaccō ductus est.
either Quintus was led to Rome by Flaccus.
or (in a present context) Quintus has been led to Rome by Flaccus.

e.g. **Quīntus Rōmam ductus est; in lūdō Orbiliī studēbat.**
 Quintus was led to Rome; he studied in the school of Orbilius.

Quīntus Rōmam ductus est; in lūdō Orbiliī studet.
 Quintus has been led to Rome; he is studying in the school of Orbilius.

Exercise 31.1

Translate the following verb forms

1 vincet	6 captī eramus	11 mīsī
2 victus sum	7 capit	12 missae sumus
3 victī erimus	8 cēpit	13 mittēns
4 vīcistī	9 capta est	14 missus eram
5 victī erant	10 capite	15 missa erit

Exercise 31.2

Translate

- | | |
|---------------------------------------|------------------------------------------|
| 1 Marcus Athēnās ā patre missus erat. | 5 epistola ā Quīntō scrīpta erat. |
| 2 Quīntus ā Marcō vocātus est. | 6 epistola iam ā Scintillā accepta erit. |
| 3 iuvenēs valdē commōtī sunt. | 7 nōne ā canibus territae estis? |
| 4 domum redīre iussae sumus. | 8 canēs ā colōnō retentī sunt. |

Exercise 31.3

Rewrite the following sentences in the passive voice and translate, e.g.

iuvenēs Brūtum vīdērunt.

Brūtus ā iuvenibus vīsus est. Brutus was seen by the young men.

- | | |
|---------------------------------|-------------------------------|
| 1 Horātia Argum servāvit. | 4 Brūtus libertātem dēfendit. |
| 2 Horātiam pater laudāvit. | 5 pater mē monuerat. |
| 3 iuvenēs Cratippum audīverant. | 6 amīcī vōs curāverint. |

Exercise 31.4

Translate

- 1 Cicerō rūmōribus, quōs dē Marcō accēperat, maximē vexātus est.
- 2 epistola ā Tirōne ad Marcum scrīpta erat.
- 3 hāc epistolā Marcus valdē commōtus est; nam pater Athēnās veniēbat.
- 4 sed alterā epistolā cūrā liberātus est; pater enim Rōmae rēbus pūblicīs retentus erat.
- 5 iuvenēs ad theātrum convocātī erant.
- 6 omnēs Theomnēstum exspectābant, cum Brūtus in theātrum ductus est.
- 7 Horātia ā Scintillā domum vocāta erat.
- 8 Horātia, ubi advēnit, 'cūr ā tē vocāta sum?' inquit.
- 9 Scintilla 'Argus, ā lupō oppugnātus,' inquit, 'graviter vulnerātus est.'
- 10 Horātia hīs verbīs commōta est. ad canem festīnāvit eumque cūrāvit.

Exercise 31.5

Translate into Latin

- 1 Argus was saved by Horatia.
- 2 The dog had been left in the house by Scintilla.
- 3 When Horatia returned from the fountain, she saw the house on fire (= burning).
- 4 She was terrified, but she dragged Argus into the garden.
- 5 Flaccus was called by Scintilla; but when he arrived, the fire had been overcome.
- 6 Horatia was praised by her father, because she had saved Argus.

Chapter 32

Present, future and imperfect passive

A new set of person endings must be learnt for the present, future and imperfect passive; these are set out below in parallel with the person endings of the active:

	active	passive	e.g.	active <i>I prepare, I am preparing</i>	passive <i>I am prepared, I am being prepared</i>
<i>I</i>	-ō/m	-r		par-ō	par-or
<i>you</i>	-s	-ris		parā-s	parā-ris
<i>he/she</i>	-t	-tur		para-t	parā-tur
<i>we</i>	-mus	-mur		parā-mus	parā-mur
<i>you</i>	-tis	-minī		parā-tis	parā-minī
<i>they</i>	-nt	-ntur		para-nt	para-ntur

Write out the present passive of **mone-ō** and **audi-ō** (check the forms in the Reference grammar, p. 158).

<i>The present passive of 3rd conjugation verbs e.g.</i>	<i>The present passive of mixed conjugation verbs e.g.</i>
reg-or	capi-or
reg-eris	cap-eris
reg-itur	cap-itur
reg-imur	cap-imur
reg-imini	cap-imini
reg-untur	capi-untur

Future passive:

parā-bor <i>I shall be prepared</i>	monē-bor <i>I shall be warned</i>	reg-ar <i>I shall be ruled</i>
parā-beris	monē-beris	reg-ēris
parā-bitur	monē-bitur	reg-ētur
parā-bimur	monē-bimur	reg-ēmur
parā-biminī	monē-biminī	reg-ēminī
parā-buntur	monē-buntur	reg-entur
audi-ar <i>I shall be heard</i>	capi-ar <i>I shall be taken</i>	
audi-ēris	capi-ēris	
audi-ētur	capi-ētur	
audi-ēmur	capi-ēmur	
audi-ēminī	capi-ēminī	
audi-entur	capi-entur	

Imperfect passive:

parā-bar <i>I was being prepared</i>	monē-bar <i>I was being warned</i>	regē-bar <i>I was being ruled</i>
parā-bāris	monē-bāris	regē-bāris
parā-bātur	monē-batur	regē-bātur
parā-bāmur	monē-bāmur	regē-bāmur
parā-bāminī	monē-bāminī	regē-bāminī
parā-bantur	monē-bantur	rege-bantur
audi-ēbar <i>I was being heard</i>	capi-ēbar <i>I was being taken</i>	
audi-ēbāris	capi-ēbāris	
audi-ēbātur	capi-ēbātur	
audi-ēbāmur	capi-ēbāmur	
audi-ēbāminī	capi-ēbāminī	
audi-ēbantur	capi-ēbantur	

Exercise 32.1

Translate

amantur, regitur, audīminī, monēris, dūcēbāris, vidēbimur, oppugnābantur, trāditur, trādētur, mittēris, mitteris

Exercise 32.2

Translate the following verb forms

- | | | |
|----------------|-----------------|------------------|
| 1 vocābimur | 8 terrēbantur | 15 pōnor |
| 2 vocātī estis | 9 terrētur | 16 pōnēris |
| 3 vocābātur | 10 terrītī sunt | 17 pōneris |
| 4 vocātus eram | 11 terrēbant | 18 posuērunt |
| 5 vocābant | 12 territa erat | 19 positae erant |
| 6 vocāris | 13 terrēmur | 20 posueram |
| 7 vocāvī | 14 terruit | 21 positī sunt |

Exercise 32.3

Translate

- 1 cotidiē nūtiū peiorēs Venusiam Rōmā afferēbantur.
- 2 Flaccus hīs rūmōribus magnopere commovēbātur.
- 3 cum amicīs in tabernā sedēbat, quibus nūtiū novus nūper allātus erat.
- 4 Flaccus 'quid sentītis?' inquit. 'rēspūblica in bellum cīvile iterum trahitur. nec iūs nec lēgēs valēbunt.'
- 5 Ganymēdēs 'nōlī tē vexāre,' inquit; 'Rōmā longē absumus; nōs bellō cīvilī nōn vexābimur.'
- 6 Flaccus 'nōlī nūgās (*nonsense*) nārrāre,' inquit; 'tōta Italia ēvertētur, immō (*or rather*) tōtus orbis terrārū.
- 7 filius meus Athēnīs studet; in bellum ā Brūtō trahētur.'
- 8 amīcī eum iussērunt meliōra dicere; 'nōlī dēspērāre, Flacce,' inquiunt; 'pāx sine dubiō servābitur; ducēs in concordiam (*agreement, harmony*) addūcentur.'
- 9 Flaccus tamen eīs nōn crēdēbat. hīs rūmōribus semper vexābātur, propter quōs et prō rēpūblicā et prō filiō suō timēbat.

Exercise 32.4

Change the following Latin sentences into passive form and then translate them; e.g.

Decimus Horātiam domum dūcēbat = Horātia ā Decimō domum dūcēbātur.

Horatia was being led home by Decimus.

- 1 Brūtus multōs iuvenēs Athēnīs in Macedoniam dūxit.
- 2 Antōnius patrem Marcī occīderat.
- 3 ego patris mei mortem vindicābō (**vindicō** = I avenge).
- 4 Brūtus sōlus libertātem dēfendit.
- 5 Brūtī milītēs exercitum Antōniī superābunt.
- 6 omnēs cīvēs et Brūtum et milītēs eius laudābunt.

Exercise 32.5

Translate into Latin

- 1 Marcus was being led to a tavern by a friend.
- 2 Suddenly someone called him; 'By whom was I called?' he said.
- 3 His friend replied: 'Look! You are being called by Brutus.'
- 4 Marcus looked back and saw Brutus approaching.
- 5 Brutus greeted him and said, 'Marcus, are you willing to come with me to Macedonia?
- 6 If you fight with me for freedom, you will be praised by all.'
- 7 Marcus, greatly moved by these words, said, 'I will fight with you; for freedom is being defended by you alone.'
- 8 Soon he had packed (**compōnō**) his things and was led by Brutus to Macedonia.

The following passage is adapted from the *Satyricon* of Petronius, who died in AD 66. The *Satyricon* is an immensely long novel which centres around the adventures of two disreputable students, Encolpius and Ascyltos, who get into various scrapes. When our extracts begin, they are studying rhetoric in the town of Puteoli and have been befriended by their professor, Agamemnon. They are sitting in their lodgings, expecting trouble from their latest escapade, when Agamemnon's slave bursts in and tells them that his master has procured them an invitation to dinner with Trimalchio.

Trimalchio is a vulgar, boastful and fabulously rich freedman. He has asked Agamemnon to bring along a couple of his students to raise the tone of his party; the other guests are uneducated freedmen. As usual at a Roman dinner party, there were nine dining in all, including the host. They reclined on three couches placed in a square around the table, with one end open for serving the food.

The narrator of the story is Encolpius.

(Words which occur in the General vocabulary are not glossed; you may have to look some up there.)

Itaque domī sedēbāmus cum intrāvit servus Agamemnonis et 'quid?' inquit; 'nōne scītis? hodiē vōs ad cēnam invītāvit Trimalchiō, lautissimus homō. venīte igitur; nōlīte cessāre.' celeriter igitur vestīmenta induimus et ad balnea prōcessimus. in balneīs senem calvum vīdimus quī inter puerōs capillātōs pilā lūdēbat. accurrit aliquis ad nōs et 'ille est' inquit 'Trimalchiō, quī vōs ad cēnam invītāvit.' vix haec dixerat cum Trimalchiō digitōs concrepuit; aquam poposcit et digitōs lāvit. deinde servī eum in lectīcam imposuērunt domumque auferēbant.

lautissimus very grand

calvum bald; **capillātōs** long-haired

pilā with a ball

digitōs concrepuit snapped his fingers

lectīcam a litter

ad iānuam Trimalchiōnis aedium cum Agamemnone pervēnimus. ātrium magnificum erat, sed ego, dum omnia spectō, paene cecidī et crūra mea frēgī. in mūrō enim pictus est canis ingēns, superque scrīptum CAVE CANEM. comitēs mē rīsērunt; ego autem spīritum collēgī et tōtum mūrū inspīcere incēpī. erat enim vēnālicium cum titulīs pictum; deinde ipse Trimalchiō Rōmam intrābat. deinde omnia quae fēcerat Trimalchiō pictor cum inscrīptiōne diligenter reddiderat. prīmum Trimalchiō ratiōnēs facere discēbat, deinde dispēnsātor factus est, dēnique Mercurius eum tollēbat et in tribūnal altum rapiēbat; ibi erat Fortūna, quae cornū abundantī dīvitiās effundēbat.

crūra legs

pictus est was painted

spīritum my breath

vēnālicium slave sale

ratiōnēs facere to keep accounts

dispēnsātor factus est was appointed a steward

tribūnal (n.) a platform

cornū abundantī from her horn of plenty

effundēbat was pouring out

trīclīnium dining-room

discubuerant had taken our places (at table); **praeter** except

gustātiōnem hors d'oeuvre, snacks

nōs in trīclīnium iam pervēnerāmus et mox omnēs discubuerant praeter ipsum Trimalchiōnem. servī gustātiōnem

25 valdē lautam intulērunt. nam asellum argenteum cum bisacciō
nōbīs prōposuērunt, quī habēbat olīvās in alterā parte albās, in
alterā nigrās.

30 hāc gustātiōne gaudēbāmus cum ipse Trimalchiō intrāvit ad
symphōniam. ubi lectō accubuit, ‘amīcī,’ inquit, ‘nōndum volūi in
trīclīnium venīre; tesserīs enim lūdēbam. sed omnem voluptātem
mihi negāvī. lūdum tamen sine mē cōnficere.’ intrāvit puer
tabulam portāns et crystallinās tesserās.

35 iam Trimalchiō lūdum cōnfēcerat, cum puerī amphorās
attulērunt quārum in cervīcibus pittacia fīxa sunt cum hāc
īnscrīptiōne: ‘Falernum Opīmiānum annōrum centum’. dum nōs
īnscrīptiōnem legimus, Trimalchiō ‘ergō’ inquit ‘diūtius vīnum
vīvit quam homō. liberē igitur bibite. vērū Opīmiānum vōbīs
dō. herī vīnum nōn tam bonum posuī et multō honestiōrēs
mēcūm cēnābant.’

40 advēnērunt subitō servī quī torālīa prōposuērunt; in eīs rētia
picta erant vēnātōrēsque et tōtus vēnātiōnis apparātus. dum haec
spectāmus admīrātiōne plēnī, clāmōrem ingentem audīmus et,
ecce, canēs Lacōnicī circum mēnsam currere incēpērunt. deinde
puer repositōriū intulit, in quō erat aper maximus. accessit
barbātus ingēns, vēnātōris vestīmenta gerēns, quī ventrem aprī
vehementer percussit. ubi hoc fēcīt, avēs ē ventre aprī
45 ēvolāvērunt. parātī erant servī quī avēs circum trīclīnium
volantēs celeriter cēpērunt.

ubi servī hoc ferculum abstulērunt, surrēxit Trimalchiō et ē
trīclīniō discessit. nōs colloquium facere incēpimus. itaque Dāma
prīmus pōtiōnem rogāvit et ‘diēs’ inquit ‘nihil est. dum vertis tē,
50 nox fit. itaque nihil est melius quam dē cubiculō rēctā in
trīclīnium ire. et ācre frīgus habuimus. vix mē balneum calfēcīt.
calida tamen pōtiō vestiārius est. plūrimū bibī et ēbrius sum.
vīnum in caput meum abiit.’

55 Seleucus, ubi haec audīvit, ‘ego’ inquit ‘nōn cotīdiē mē lavō;
balneum enim corpus dīlacerat. neque hodiē mē lavāre potuī. īvī
enim ad fūnus. homō bellus, tam bonus Chrīsanthus, diem suū
obiit. modo, modo mē salūtāvit. medicī eum perdidērunt, immō
malum fātum; medicus enim nihil aliud est quam animī
cōnsōlātiō. optīmum tamen fūnus erat, etiam sī uxor nōn multum
60 eum plōrāvit.’

molestus fuit, et Philerōs clāmāvit: ‘nōlī molestus esse.
vīvōrum meminerīmus. ille habet quod sibi dēbēbātur. honestē
vīxit, honestē obiit. ab asse crēvit et parātus fuit quadrāntem

asellum argenteum a silver donkey
bisacciō double panniers

ad symphōniam to (the sound of)
a band

tesserīs with dice

voluptātem pleasure

negāvī I denied

tabulam a (playing) board

amphorās wine jars

quārum in cervīcibus on the necks
of which; **pittacia** labels

Falernum Opīmiānum Falernian
wine made in the consulship of
Opimius (121 BC)

multō honestiōrēs much more
important people

torālīa (n. pl.) tapestries

rētia (n. pl.) hunting nets

vēnātōrēs huntsmen

canēs Lacōnicī Spartan hounds

repositōriū a dish; **aper** a boar

barbātus ingēns a huge bearded man

ventrem the belly; **percussit** struck

ferculum course

pōtiōnem a drink

dē cubiculō from the bedroom

rēctā straight; **ācre frīgus** (acc. n.)
a sharp cold (spell)

calfēcīt has warmed; **calida** hot

vestiārius est is (as good as) an
overcoat

dīlacerat tears apart

homō bellus a nice man

obiit has met (i.e. has died)

modo, modo just lately

medicī the doctors

immō or rather; **plōrāvit** mourned

molestus tiresome, boring

vīvōrum meminerīmus let's
remember the living

dēbēbātur was owing; **ab asse** from
a penny; **quadrāntem** a farthing

65 dē stercore dentibus tollere. itaque crēvit tamquam favus. dī
immortālēs, reliquit solida centum.'

Ganymēdēs, ubi haec audīvit, 'merās nūgās' inquit
'nārātis. nēmō intereā cūrat quam cārum sit frūmentum.
hodiē nōn buccam pānis invenire potuī. iam tōtum annum
ēsuritiō fuit. heu, heu cotidiē peius. quid enim futūrum est, sī
70 nec deī neque hominēs hanc colōniam adiuvant? omnia haec,
ut ego crēdō, deī faciunt. nēmō enim Iovem pilī facit, sed
omnēs opertis oculis bona sua computant.'

Echiōn tamen 'ōrō tē;' inquit 'meliōra dīcite. ecce, mox
habitūrī sumus mūnus optimum. Titus noster magnum
75 animum habet. ferrum optimum datūrus est, sine fugā,
carnārium in mediō.' haec ubi dīxit, ad Agamemnona sē vertit,
et 'tū, Agamemnon, tibi dicis, ut crēdō, "cūr ille molestus
nūgās nārāt?" quod tū, quī potes dīcere, nihil dīcis. tū prae
litteris fatuus es. omnēs id scīmus. sed tibi discipulus crēscit
80 filiulus meus. iam quattuor partēs dicit. sī vixerit, habēbis
bonum discipulum.'

tālia dicēbāmus cum Trimalchiō rediit et 'ignōscite mihi'
inquit, 'amīcī. multōs iam diēs venter meus nōn respondet, nec
medicī mē iuvāre possunt. prōfuit tamen mihi mālicorium et,
85 ut spērō, aliquid recreātus sum.'

iam discubuerat Trimalchiō cum servus trēs albōs porcōs
in triclinium dūxit. Trimalchiō, porcōs inspiciēns, 'quem ex
eīs' inquit 'vultis edere?' tum cocum vocāvit eumque iussit
maximum in cēnam occidere.

90 deinde Trimalchiō vultū benignō ad nōs respexit et 'sī
vīnum' inquit 'vōbīs nōn placet, mūtābō. deōrum beneficiō
nihil emō. hoc vīnum ā praediō venit quod ego adhūc nōn
vidī. est prope Tarentum, ut mihi dīcunt. nunc Siciliam volō
coniungere agrīs meis; sic, cum in Africam voluerō ire, per
95 meōs finēs nāvigābō. sed tū, Agamemnon, dīc mihi; quam
contrōversiam hodiē ēgistī? litterās enim nōn contemnō. duās
bibliothēcās habeo, ūnam Graecam, alteram Latīnam.'

tālia efflābat cum duō servī repositōrium cum porcō
ingentī in mēnsā posuerunt. nōs admīratiōne plēnī erāmus;
100 nam cocus nē gallum quidem tam celeriter coquere potuit.
deinde Trimalchiō porcū inspiciēns 'quid? quid?' inquit 'hic
porcus nōn est exinterātus? nōn mehercule est. vocā, vocā
cocum.' intrāvit cocus et tristis prope mēnsam cōstitit.
'oblītus sum' inquit 'porcum exinterāre.' Trimalchiō exclāmat
105 'quid? oblītus? dēspoliā eum.'

dē stercore from the dung
tamquam favus like a honeycomb
solida centum a solid 100,000 (i.e. a
fortune); **merās nūgās** pure rubbish
quam cārum sit frūmentum how dear
grain is; **buccam pānis** a mouthful of
bread; **ēsuritiō** a famine
futūrum going to happen
pilī facit cares a straw (a jot) for
opertis oculis with their eyes closed
computant reckon up

habitūrī going to have; **mūnus** (n.)
gladiatorial show; **Titus** the magistrate
who will give the show
ferrum optimum datūrus going to give
(the gladiators) really good steel
carnārium a butcher's shambles
prae litteris fatuus mad with literature
quattuor partēs his four times table

ignōscite (+ dat.) forgive!
venter meus nōn respondet my bowels
have not performed
prōfuit mihi has done me good
mālicorium pomegranate (a laxative)
aliquid recreātus a bit better
albōs porcōs white pigs
cocum the cook

mūtābō I will change (it)
beneficiō by the kindness
praediō an estate
agrīs meis to my fields
finēs territory, property
quam contrōversiam? what debate?
contemnō I despise
bibliothēcās libraries
efflābat was puffing out
repositōrium dish
nē gallum quidem not even a chicken

exinterātus gutted
mehercule by Hercules!
oblītus sum I forgot
dēspoliā strip!

sine morā cocus dēspoliātus inter duōs tortōrēs cōstitit. nōs
omnēs ōrāre prō eō incēpimus et dīcere: 'tē rogāmus, eī ignōsce.
sī iterum hoc fēcerit, nēmō nostrum ōrābit prō illō.' Trimalchiō
vultum in rīsum relaxāvit et 'quod tam malae memoriae es,'
110 inquit 'palam nōbīs porcum exinterā.' cocus tunicam recēpit
porcīque ventrem timidā manū secuit. sine morā ex plāgis
crēscētibz tomācula cum botulīs effūsa sunt.

115 plausum post hoc servī dedērunt et 'Gāiō fēliciter'
conclāmāvērunt. et cocus pōtiōne honōrātus est et argenteā
corōnā.

deinde Trimalchiō ad Nīcerōtem respexit et 'solēbas' inquit
'suāvior esse in convīctū. cūr nunc tacēs nec quicquam dīcis?
ōrō tē, nārrā nōbīs id quod tibi iuvenī accidit.' Nīcerōs
dēlectātus affābilitāte amīcī, 'gaudeō' inquit 'quod tē tam
120 hilarem videō. itaque faciam id quod rogās.

'ubi adhūc servus eram, habitābam in vīcō angustō; nunc
Gavillae domus est. ibi amāre incēpī uxōrem Terentiū; Melissam
cognōverātis, pulcherrimum baciballum. sed nōn mehercule
corporāliter eam amābam sed magis quod bonō ingeniō fuit. sī
125 quid ab illā petiī, numquam mihi negāvit; sī fēcīt assem, ego
sēmissem habuī. huius marītus in vīllā diem obiit. itaque
temptābam omnibus modīs ad eam pervenīre.

forte dominus meus Capuam exierat; nam negōtium
quoddam expedīre voluit. ego occāsiōnem habuī. hospiti nostrō
130 persuāsi mēcum venīre. ille mīles erat, fōrtis tamquam Orcus.
iter iniimus circā gallicinia; lūna lūcēbat tamquam merīdiē.
venimus inter monumenta. comes meus ad stēlās abiit. sedeō
ego stēlāsque numerō. deinde, ubi respexī ad comitem, ille exiit
sē et omnia vestīmenta secundum viam posuit. valdē territus
135 eram; stābam tamquam mortuus. sed ille circummīnxit
vestīmenta sua et subitō lūpus factus est.

mihi crēdite; ululāvit et in silvās fūgit. ego accessī
vestīmentaue eius tollere temptābam; sed illa lapidea facta
sunt. paene timōre periī. gladium tamen strīnxī et in tōtā vīā
140 umbrās cecīdī, dōnec ad vīllam amīcae meae pervēnī. tamquam
larva intrāvī; oculī mortuī erant. Melissa mea mē rogāvit: 'cūr
tam sērō ambulās? cūr nōn antea advēnistī? nōs adiuvāre
potuistī. lūpus enim villam intrāvit et omnia pecora oppugnāvit;
tamquam lanius sanguinem illis mīsīt. nōn tamen nōs dērisit,
145 etiam sī effūgit. servus enim noster lanceā collum eius trāiēcīt.'

haec ubi audīvī, operīre oculōs nōn potuī sed domum fūgī. et
ubi vēnī in eum locum, in quō lapidea vestīmenta facta erant,
nihil invēnī nisi sanguinem. ubi domum vēnī, iacēbat mīles

tortōrēs torturers

palam nōbīs in our presence
secuit cut; ex plāgis crēscētibz
from the growing slits

tomācula (n. pl.) black puddings

botulīs sausages

effūsa sunt (were) poured out

plausum applause

Gāiō fēliciter good luck to Gaius!

argenteā corōnā with a silver crown

solēbas...esse you used to be

suāvior in convīctū better company at
a party

vīcō angustō a narrow street

baciballum peach

corporāliter physically

sī quid if...anything

negāvit she denied, refused

sēmissem a halfpenny

omnibus modīs by all means

forte by chance

expedīre to deal with; occāsiōnem an
opportunity; hospiti our guest

fōrtis tamquam Orcus as brave as hell

circā gallicinia around cockcrow

inter monumenta among the
monuments, i.e. the graveyard

stēlās gravestones

secundum (+ acc.) beside

circummīnxit piddled around

ululāvit he howled

lapidea made of stone

strīnxī I drew

cecīdī I struck at; dōnec until

tamquam larva like a ghost

pecora (n. pl.) the flocks

tamquam lanius like a butcher

nōn...nōs dērisit he didn't have the
laugh on us

lanceā with a spear

operīre to close

150 meus in lectō tamquam bōs, et collum eius medicus cūrābat.
tum rem intellēxī: versipellis erat; nec postea cum eō pānem
gustāre potuī. crēdite mihi, vērā sunt ea quae dīcō.'

omnēs admirātiōne attonitī erāmus et Trimalchiō 'tibi crēdō'
inquit; 'pilī mihi inhorruērunt, quod Nīcerōs nōn nūgās nārrat,
sed certus neque umquam mendācia dīcit.'

155 inter haec aliquis trīclīniī iānuam pulsāvit intrāvitque
cōmissātor cum ingentī turbā. ego māiestātē eius territus sum et
temptāvī surgere. sed Agamemnōn mē rīsīt et 'continē tē' inquit;
'hic est Habinnas, amīcus Trimalchiōnis.' ille ēbrius erat
manūsque uxōris umerīs imposuerat. sē posuit ad mēnsam
160 continuōque vīnum et calidam aquam poposcit. dēlectātus hāc
hilaritātē ipse Trimalchiō maiōrem poposcit phialam et
Habinnam rogāvit 'quōmodo acceptus es?' ille 'omnia habuimus'
inquit 'praeter tē. sed dīc mihi, Gāi, cur Fortūnāta nōn recumbit?
nisi illa recumbit, ego abeō.'

165 surgēbat Habinnās, sed tōta familia Fortūnātā quater
vocāvit. illa trīclīnium iniit et sūdāriō manūs tergēns accubuit in
illō lectō in quō Scintilla, Habinnae uxor, discumbēbat. omnēs
iam ēbriī erant, cum Trimalchiō servum iussit exemplar
testāmētī suī afferre et tōtum ā primō ad ultimum recitāvit.
170 deinde respiciēns ad Habinnam 'quid dīcis, cārissimē?' inquit;
'aedificābis monumentum meum quemadmodum tē iussī?
secundum pedēs statuae meae catellam pōnē et corōnās et
unguentum; sīc tuō beneficiō post mortem vīvam. valdē enim
stultum est, sī vīvī domōs pulchrās aedificāmus, nōn tamen
175 cūrāmus eas ubi diūtius dēbēmus habitāre. ad dextram meam
pōnē statuam Fortūnātae columbam tenentis. et hanc
īnscripōnem scrībe in monumentō:
C. POMPEIUS TRIMALCHIO HIC REQUIESCIT. PIUS, FORTIS,
FIDELIS, EX PARVO CREVIT, SESTERTIUM RELIQUIT
180 TRECENTIES, NEC UMQUAM PHILOSOPHUM AUDIVIT. VALE.'

deinde Trimalchiō, iam valdē ēbrius, cornicinēs in trīclīnium
addūcī iussit. extendit sē super lectum et 'fingite' inquit 'mē
mortuum esse. dīcite aliquid bellī dē mē.' cōsonuērunt
cornicinēs tōtamque excitāverunt vīcīniam. itaque vigilēs, quī
185 vīcīniam custodiēbant, dīxērunt 'ardet Trimalchiōnis domus.'
iānuam subitō frēgērunt et cum aquā secūribusque tumultum
facere incēperunt. nōs hanc occāsionem nōn āmisimus; celeriter
fūgimus tamquam ex vērō incendiō.

tamquam bōs like an ox
versipellis a werewolf
pānem gustāre to taste bread

pilī mihi my hair
inhorruērunt stood on end
mendācia lies

cōmissātor reveller
continē tē restrain yourself

umerīs on the shoulders

phialam cup

praeter tē except you
Fortūnāta Trimalchio's wife
recumbit reclines (at table)

quater four times
sūdāriō on a dish cloth
tergēns wiping
exemplar testāmētī suī a copy of
his will

quemadmodum as
secundum pedēs beside the feet
catellam my puppy
unguentum scent bottle

columbam dove

pius pious
fidēlis loyal

sēstertium trecentiēs 30,000,000
sestertii; valē goodbye (addressed to
the reader of the inscription)

cornicinēs trumpeters; addūcī to be
brought; extendit sē he stretched
himself out; fingite pretend

mē mortuum esse that I am dead

aliquid bellī something nice

cōsonuērunt blared out

vīcīniam neighbourhood

vigilēs watchmen, fire brigade

secūribus axes

occāsionem opportunity

āmisimus we lost; tamquam as if

Reference grammar

NOUNS

	1st declension		2nd declension		
	stems in -a		stems in -o		
	feminine		masculine		neuter
<i>singular</i>					
<i>nom.</i>	puell-a		colōn-us	puer	ager bell-um
<i>voc.</i>	puell-a		colōn-e	puer	ager bell-um
<i>acc.</i>	puell-am		colōn-um	puer-um	agr-um bell-um
<i>gen.</i>	puell-ae		colōn-ī	puer-ī	agr-ī bell-ī
<i>dat.</i>	puell-ae		colōn-ō	puer-ō	agr-ō bell-ō
<i>abl.</i>	puell-ā		colōn-ō	puer-ō	agr-ō bell-ō

<i>plural</i>					
<i>nom.</i>	puell-ae		colōn-ī	puer-ī	agr-ī bell-a
<i>voc.</i>	puell-ae		colōn-ī	puer-ī	agr-ī bell-a
<i>acc.</i>	puell-ās		colōn-ōs	puer-ōs	agr-ōs bell-a
<i>gen.</i>	puell-ārum		colōn-ōrum	puer-ōrum	agr-ōrum bell-ōrum
<i>dat.</i>	puell-īs		colōn-īs	puer-īs	agr-īs bell-īs
<i>abl.</i>	puell-īs		colōn-īs	puer-īs	agr-īs bell-īs

Notes

1 All nouns of the 1st declension are feminine except for a very few which are masculine by meaning, e.g. **nauta** a sailor.

2 The vocative is the same as the nominative except for the vocative singular of 2nd declension nouns with nominative -us, e.g. **colōn-e**.

The vocative of 2nd declension nouns with nominative -ius ends -ī, not -e, e.g. **fili**.

3 The following 2nd declension nouns have minor irregularities: **deus** has nominative plural **deī** or **dī**, genitive plural **deōrum** or **deum**, ablative plural **deīs** or **dīs**; **vir, virī** has genitive plural **virōrum** or **virum**.

	3rd declension			
	stems in consonants		stems in -i	
	masc. & fem.	neuter	masc. & fem.	neuter
<i>singular</i>				
<i>nom.</i>	rēx	lītus	nāvis	mare
<i>acc.</i>	rēg-em	lītus	nāv-em	mare
<i>gen.</i>	rēg-is	lītor-is	nāv-is	mar-is
<i>dat.</i>	rēg-ī	lītor-ī	nāv-ī	mar-ī
<i>abl.</i>	rēg-e	lītor-e	nāv-e	mar-ī
<i>plural</i>				
<i>nom.</i>	rēg-ēs	lītor-a	nāv-ēs	mar-ia
<i>acc.</i>	rēg-ēs	lītor-a	nāv-ēs	mar-ia
<i>gen.</i>	rēg-um	lītor-um	nāv-ium	mar-ium
<i>dat.</i>	rēg-ibus	lītor-ibus	nāv-ibus	mar-ibus
<i>abl.</i>	rēg-ibus	lītor-ibus	nāv-ibus	mar-ibus

Notes

1 The vocative case is the same as the nominative in all 3rd declension nouns and adjectives.

2 Masculine and feminine nouns with stems in -i nearly all decline like those with stems in consonants except in the genitive plural, where the -i is retained, e.g. **nāvium**; neuter nouns with stems in -i keep the -i in ablative singular, and the nominative, accusative and genitive plural (see **mare** above).

Nouns ending in two consonants (the second -s), e.g. **mōns, urbs** (originally spelt **monis, urbis**) have genitive plural -ium.

3 **iuvenis, senex** and **canis** have genitive plural -um.

4 A few 3rd declension nouns can, by sense, be either masculine or feminine in gender, e.g. **comes, comitis** a companion; these are marked c. (= common) in vocabulary lists.

4th declension		5th declension		Notes
stems in -u		stems in -e		
masc.	neuter	feminine		
singular				
nom.	grad-us	corn-ū	r-ēs	1 Most 4th declension nouns are masculine; manus is the only common noun which is feminine. There are a very few neuter nouns; the only common one is cornū . 2 All 5th declension nouns are feminine except for diēs , which is masculine.
acc.	grad-um	corn-ū	r-em	
gen.	grad-ūs	corn-ūs	r-eī	
dat.	grad-uī	corn-uī	r-eī	
abl.	grad-ū	corn-ū	r-ē	
plural				
nom.	grad-ūs	corn-ua	r-ēs	
acc.	grad-ūs	corn-ua	r-ēs	
gen.	grad-uum	corn-uum	r-ērum	
dat.	grad-ibus	corn-ibus	r-ēbus	
abl.	grad-ibus	corn-ibus	r-ēbus	

ADJECTIVES

Masculine & neuter 2nd declension; feminine 1st declension

<i>singular</i>	<i>m.</i>	<i>f.</i>	<i>n.</i>
<i>nom.</i>	bon-us	bon-a	bon-um
<i>voc.</i>	bon-e	bon-a	bon-um
<i>acc.</i>	bon-um	bon-am	bon-um
<i>gen.</i>	bon-ī	bon-ae	bon-ī
<i>dat.</i>	bon-ō	bon-ae	bon-ō
<i>abl.</i>	bon-ō	bon-ā	bon-ō
<i>plural</i>			
<i>nom.</i>	bon-ī	bon-ae	bon-a
<i>voc.</i>	bon-ī	bon-ae	bon-a
<i>acc.</i>	bon-ōs	bon-ās	bon-a
<i>gen.</i>	bon-ōrum	bon-ārum	bon-ōrum
<i>dat.</i>	bon-īs	bon-īs	bon-īs
<i>abl.</i>	bon-īs	bon-īs	bon-īs

So also:

miser, miser-a, miser-um, etc.,
pulcher, pulchr-a, pulchr-um, etc.

For **miser** and **pulcher** types of adjective the vocative is the same as the nominative.

3rd declension

consonant stems			stems in -i	
<i>singular</i>	<i>m. & f.</i>	<i>n.</i>	<i>m. & f.</i>	<i>n.</i>
<i>nom.</i>	pauper	pauper	omnis	omn-e
<i>acc.</i>	pauper-em	pauper	omn-em	omn-e
<i>gen.</i>	pauper-is	pauper-is	omn-is	omn-is
<i>dat.</i>	pauper-ī	pauper-ī	omn-ī	omn-ī
<i>abl.</i>	pauper-e	pauper-e	omn-ī	omn-ī

Notes

1 The vocative is the same as the nominative.

2 Most 3rd declension adjectives have stems in **-i**; these keep the **-i** in ablative singular, genitive plural, and in neuter nominative and accusative plural.

3 Other types of 3rd declension adjectives with stems in **-i** are:

	consonant stems		stems in -i	
	<i>m. & f.</i>	<i>n.</i>	<i>m. & f.</i>	<i>n.</i>
<i>plural</i>				
<i>nom.</i>	pauper-ēs	pauper-a	omn-ēs	omn-ia
<i>acc.</i>	pauper-ēs	pauper-a	omn-ēs	omn-ia
<i>gen.</i>	pauper-um	pauper-um	omn-ium	omn-ium
<i>dat.</i>	pauper-ibus	pauper-ibus	omn-ibus	omn-ibus
<i>abl.</i>	pauper-ibus	pauper-ibus	omn-ibus	omn-ibus

	alter (one or the other of two)			uter (which of two?)		
	<i>m.</i>	<i>f.</i>	<i>n.</i>	<i>m.</i>	<i>f.</i>	<i>n.</i>
<i>nom.</i>	alter	altera	alterum	uter	utra	utrum
<i>acc.</i>	alterum	alteram	alterum	utrum	utram	utrum
<i>gen.</i>	alterius	alterius	alterius	utrius	utrius	utrius
<i>dat.</i>	alterī	alterī	alterī	utrī	utrī	utrī
<i>abl.</i>	alterō	alterā	alterō	utrō	utrā	utrō

Plural like that of **bon-i**, **bon-ae**, **bon-a**.

Similarly: **uterque**, **utraq̄ue**, **utrumq̄ue** (each of two).

The following adjectives have the same characteristic, i.e.
gen. sing. **-ius**, dat. sing. **-ī**:

alius, alia, aliud	other	<i>gen. sing.</i>	alius	<i>dat. sing.</i>	aliī
nūllus, nūlla, nūllum	no		nūllius		nūlli
ūllus, ūlla, ūllum	any		ūllius		ūlli
sōlus, sōla, sōlum	only		sōlius		sōli
tōtus, tōta, tōtum	whole		tōtius		tōti
ūnus, ūna, ūnum	one		ūnius		ūni

	<i>m. & f.</i>	<i>n.</i>
<i>nom.</i>	ingēns	ingēns
<i>gen.</i>	ingentis	ingentis
<i>nom.</i>	fēlix	fēlix
<i>gen.</i>	fēlicis	fēlicis

4 3rd declension adjectives with stems in consonants are few, e.g. **dīves, dīvit-is**; **pauper, pauper-is**; **vetus, veter-is**; and the comparative adjective, e.g. **fortior** (*n. fortius*), genitive **fortiōr-is**.

For the comparison of adjectives, see the grammar sections of chapters 24 and 25.

ADVERBS

1 From **bonus** type adjectives, adverbs are usually formed by adding **-ē** to the stem, e.g. **mal-us** bad: **mal-e** badly; **miser** miserable: **miser-ē** miserably. A few add **-ō**, e.g. **subit-us** sudden: **subit-ō** suddenly. Irregular: **bon-us** good, **ben-e** well; **mult-us** much, **mult-um** much; **prīmus** first, **prīmum** first(ly).

2 From 3rd declension adjectives, adverbs are usually formed by adding **-ter** to the stem, e.g. **fēlix** fortunate: **fēlici-ter** fortunately; **celer** quick: **celeri-ter** quickly. A few 3rd declension adjectives use the accusative neuter singular as an adverb, e.g. **facilis** easy, **facile** easily; so also comparative adverbs, e.g. **fortior** braver, **fortius** more bravely.

3 There are many adverbs which have no corresponding adjectival form, e.g. **diū**, **quandō**? **iam**, **semper**.

4 For the comparison of adverbs, see the grammar section of chapter 25.

NUMERALS

cardinals			ordinals	
1	ūnus	I	1st	prīmus, -a, -um
2	duo	II	2nd	secundus, -a, -um/alter, -a, -um
3	trēs	III	3rd	tertius, -a, -um
4	quattuor	IV	4th	quārtus, -a, -um
5	quīnque	V	5th	quīntus, -a, -um
6	sex	VI	6th	sextus, -a, -um
7	septem	VII	7th	septimus, -a, -um
8	octō	VIII	8th	octāvus, -a, -um
9	novem	IX	9th	nōnus, -a, -um
10	decem	X	10th	decimus, -a, -um
11	ūndecim	XI		
12	duodecim	XII		
13	tredecim	XIII		
14	quattuordecim	XIV		
15	quīndecim	XV		
16	sēdecim	XVI		
17	septendecim	XVII		
18	duodēvigintī	XVIII		
19	ūndēvigintī	XIX		
20	vīgintī	XX	20th	vīcēsīmus, -a, -um
30	trīgintā	XXX		
40	quadrāgintā	XL		
50	quīnquāgintā	L		
100	centum	C	100th	centēsīmus, -a, -um
200	ducentī, -ae, -a	CC		
300	trecentī, -ae, -a	CCC		
400	quadringentī, -ae, -a	CCCC		
1,000	mille	M	1,000th	millēsīmus, -a, -um
2,000	duo milia			

Note

The numbers 4–100 do not decline; 200–900 decline like **bonī, -ae, -a**.

mille does not decline; **milia** is a 3rd declension noun, so:

mille passūs = 1,000 paces (a mile)
duo milia passuum = 2,000 (of) paces (2 miles)

Declension of **ūnus, duo, trēs**

	<i>m.</i>	<i>f.</i>	<i>n.</i>	<i>m.</i>	<i>f.</i>	<i>n.</i>	<i>m.</i>	<i>f.</i>	<i>n.</i>
<i>nom.</i>	ūnus	ūna	ūnum	duo	duae	duo	trēs	trēs	tria
<i>acc.</i>	ūnum	ūnam	ūnum	duōs	duās	duo	trēs	trēs	tria
<i>gen.</i>	ūnīus	ūnīus	ūnīus	duōrum	duārum	duōrum	tribus	tribus	tribus
<i>dat.</i>	ūnī	ūnī	ūnī	duōbus	duābus	duōbus	tribus	tribus	tribus
<i>abl.</i>	ūnō	ūnā	ūnō	duōbus	duābus	duōbus	tribus	tribus	tribus

PRONOUNS

singular

<i>nom.</i>	ego (I)	tū (you)	
<i>acc.</i>	mē	tē	sē (himself, herself)
<i>gen.</i>	meī	tuī	suī
<i>dat.</i>	mihi	tibi	sibi
<i>abl.</i>	mē	tē	sē

Possessive adjectives:

meus, -a, -um (my)
 tuus, -a, -um (your)
 suus, -a, -um (his own)

plural

<i>nom.</i>	nōs (we)	vōs (you)		noster, nostra, nostrum (our)
<i>acc.</i>	nōs	vōs	sē (themselves)	vester, vestra, vestrum (your)
<i>gen.</i>	nostrum, nostrī	vestrum, vestrī	suī	suus, -a, -um (their own)
<i>dat.</i>	nōbīs	vōbīs	sibi	All decline like bonus, -a, -um ,
<i>abl.</i>	nōbīs	vōbīs	sē	but the vocative of meus is mī

singular

	<i>m.</i>	<i>f.</i>	<i>n.</i>	<i>m.</i>	<i>f.</i>	<i>n.</i>	<i>m.</i>	<i>f.</i>	<i>n.</i>
<i>nom.</i>	hic	haec	hoc (this)	ille	illa	illud (that)	is	ea	id (he, she, it;
<i>acc.</i>	hunc	hanc	hoc	illum	illam	illud	eum	eam	id that)
<i>gen.</i>	huius	huius	huius	illius	illius	illius	eius	eius	eius
<i>dat.</i>	huic	huic	huic	illi	illi	illi	eī	eī	eī
<i>abl.</i>	hōc	hāc	hōc	illō	illā	illō	eō	eā	eō

plural

<i>nom.</i>	hī	hae	haec	illī	illae	illa	eī	eae	ea
<i>acc.</i>	hōs	hās	haec	illōs	illās	illa	eōs	eās	ea
<i>gen.</i>	hōrum	hārum	hōrum	illōrum	illārum	illōrum	eōrum	eārum	eōrum
<i>dat.</i>	hīs	hīs	hīs	illis	illis	illis	eīs	eīs	eīs
<i>abl.</i>	hīs	hīs	hīs	illis	illis	illis	eīs	eīs	eīs

singular

relative pronoun

	<i>m.</i>	<i>f.</i>	<i>n.</i>	<i>m.</i>	<i>f.</i>	<i>n.</i>	<i>m.</i>	<i>f.</i>	<i>n.</i>
<i>nom.</i>	ipse	ipsa	ipsum (self)	idem	eadem	idem (the same)	quī	quae	quod (who, which)
<i>acc.</i>	ipsum	ipsam	ipsum	eundem	eandem	idem	quem	quam	quod
<i>gen.</i>	ipsius	ipsius	ipsius	eiusdem	eiusdem	eiusdem	cuius	cuius	cuius
<i>dat.</i>	ipsī	ipsī	ipsī	eīdem	eīdem	eīdem	cui	cui	cui
<i>abl.</i>	ipsō	ipsā	ipsō	eōdem	eādem	eōdem	quō	quā	quō

plural

<i>nom.</i>	ipsī	ipsae	ipsa	eīdem	eaedem	eadem	quī	quae	quae
<i>acc.</i>	ipsōs	ipsās	ipsa	eōsdem	eāsdem	eadem	quōs	quās	quae
<i>gen.</i>	ipsōrum	ipsārum	ipsōrum	eōrundem	eārundem	eōrundem	quōrum	quārum	quōrum
<i>dat.</i>	ipsīs	ipsīs	ipsīs	eīsdem	eīsdem	eīsdem	quibus	quibus	quibus
<i>abl.</i>	ipsīs	ipsīs	ipsīs	eīsdem	eīsdem	eīsdem	quibus	quibus	quibus

quīdam (a certain, a) declines like the relative pronoun with the suffix **-dam**:

<i>nom.</i>	quīdam	quaedam	quoddam
<i>acc.</i>	quendam	quandam	quoddam etc.

The interrogative pronoun **quis?** (who? what?):

<i>nom.</i>	quis?	quis?	quid?
<i>acc.</i>	quem?	quam?	quid? (the rest exactly like the relative pronoun)

The interrogative adjective **quī?** (which? what?):

<i>nom.</i>	quī?	quae?	quod? (exactly like the relative pronoun)
-------------	------	-------	-------------------------------------------

The indefinite pronoun **aliquis** (someone, something) declines like **quis?** with the prefix **ali-**:

<i>nom.</i>	aliquis	aliquis	aliquid etc.
-------------	---------	---------	--------------

quisquam, quicquam (anyone, anything, after a negative) declines like **quis** with the suffix **-quam**:

<i>nom.</i>	quisquam	quisquam	quicquam
-------------	----------	----------	----------

VERBS

Active

	1st conjugation	2nd conjugation	3rd conjugation	4th conjugation	mixed conjugation
	stems in -a	stems in -e	stems in consonants	stems in -i	
<i>present</i>					
<i>singular</i>	1 par-ō 2 parā-s 3 para-t	mone-ō monē-s mone-t	reg-ō reg-is reg-it	audi-ō audī-s audi-t	capi-ō capi-s capi-t
<i>plural</i>	1 parā-mus 2 parā-tis 3 para-nt	monē-mus monē-tis mone-nt	reg-imus reg-itis reg-unt	audī-mus audī-tis audi-unt	capi-mus capi-tis capi-unt
<i>future</i>					
<i>singular</i>	1 parā-bō 2 parā-bis 3 parā-bit	monē-bō monē-bis monē-bit	reg-am reg-ēs reg-et	audi-am audi-ēs audi-et	capi-am capi-ēs capi-et
<i>plural</i>	1 parā-bimus 2 parā-bitis 3 parā-bunt	monē-bimus monē-bitis monē-bunt	reg-ēmus reg-ētis reg-ent	audi-ēmus audi-ētis audi-ent	capi-ēmus capi-ētis capi-ent
<i>imperfect</i>					
<i>singular</i>	1 parā-bam 2 parā-bās 3 parā-bat	monē-bam monē-bās monē-bat	regē-bam regē-bās regē-bat	audiē-bam audiē-bās audiē-bat	capiē-bam capiē-bās capiē-bat
<i>plural</i>	1 parā-bamus 2 parā-bātis 3 parā-bant	monē-bāmus monē-bātis monē-bant	regē-bāmus regē-bātis regē-bant	audiē-bāmus audiē-bātis audiē-bant	capiē-bāmus capiē-bātis capiē-bant
<i>perfect</i>					
<i>singular</i>	1 parāv-ī 2 parāv-istī 3 parāv-it	monu-ī monu-istī monu-it	rēx-ī rēx-istī rēx-it	audīv-ī audīv-istī audīv-it	cēp-ī cēp-istī cēp-it
<i>plural</i>	1 parāv-imus 2 parāv-istis 3 parāv-ērunt	monu-imus monu-istis monu-ērunt	rēx-imus rēx-istis rēx-ērunt	audīv-imus audīv-istis audīv-ērunt	cēp-imus cēp-istis cēp-ērunt
<i>future perfect</i>					
<i>singular</i>	1 parāv-erō 2 parāv-eris 3 parāv-erit	monu-erō monu-eris monu-erit	rēx-erō rēx-eris rēx-erit	audīv-erō audīv-eris audīv-erit	cēp-erō cēp-eris cēp-erit
<i>plural</i>	1 parāv-erimus 2 parāv-eritis 3 parāv-erint	monu-erimus monu-eritis monu-erint	rēx-erimus rēx-eritis rēx-erint	audīv-erimus audīv-eritis audīv-erint	cēp-erimus cēp-eritis cēp-erint
<i>pluperfect</i>					
<i>singular</i>	1 parāv-eram 2 parāv-erās 3 parāv-erat	monu-eram monu-erās monu-erat	rēx-eram rēx-erās rēx-erat	audīv-eram audīv-erās audīv-erat	cēp-eram cēp-erās cēp-erat
<i>plural</i>	1 parāv-erāmus 2 parāv-erātis 3 parāv-erant	monu-erāmus monu-erātis monu-erant	rēx-erāmus rēx-erātis rēx-erant	audīv-erāmus audīv-erātis audīv-erant	cēp-erāmus cēp-erātis cēp-erant
Infinitive	parā-re	monē-re	reg-ere	audī-re	cap-ere

Imperative

<i>singular</i>	parā	monē	reg-e	audī	cap-e
<i>plural</i>	parā-te	monē-te	reg-ite	audī-te	cap-ite

Passive

	<i>1st conjugation</i>	<i>2nd conjugation</i>	<i>3rd conjugation</i>	<i>4th conjugation</i>	<i>mixed conjugation</i>
	stems in -a	stems in -e	stems in consonants	stems in -i	
<i>present</i>					
<i>singular</i>	1 par-or	mone-or	reg-or	audi-or	capi-or
	2 parā-ris	monē-ris	reg-eris	audī-ris	cap-eris
	3 parā-tur	monē-tur	reg-itur	audī-tur	cap-itur
<i>plural</i>	1 parā-mur	monē-mur	reg-imur	audī-mur	cap-imur
	2 parā-minī	monē-minī	reg-iminī	audī-minī	cap-iminī
	3 para-ntur	mone-ntur	reg-untur	audi-untur	capi-untur
<i>future</i>					
<i>singular</i>	1 parā-bor	monē-bor	reg-ar	audi-ar	capi-ar
	2 parā-beris	monē-beris	reg-ēris	audi-ēris	capi-ēris
	3 parā-bitur	monē-bitur	reg-ētur	audi-ētur	capi-ētur
<i>plural</i>	1 parā-bimur	monē-bimur	reg-ēmur	audi-ēmur	capi-ēmur
	2 parā-biminī	monē-biminī	reg-ēminī	audi-ēminī	capi-ēminī
	3 parā-buntur	monē-buntur	reg-entur	audi-entur	capi-entur
<i>imperfect</i>					
<i>singular</i>	1 parā-bar	monē-bar	reg-ēbar	audi-ēbar	capi-ēbar
	2 parā-bāris	monē-bāris	reg-ēbāris	audi-ēbāris	capi-ēbāris
	3 parā-bātur	monē-bātur	reg-ēbātur	audi-ēbātur	capi-ēbātur
<i>plural</i>	1 parā-bāmur	monē-bāmur	reg-ēbāmur	audi-ēbāmur	capi-ēbāmur
	2 parā-bāminī	monē-bāminī	reg-ēbāminī	audi-ēbāminī	capi-ēbāminī
	3 parā-bantur	monē-bantur	reg-ēbantur	audi-ebantur	capi-ebantur
<i>perfect</i>					
<i>singular</i>	1 parātus sum	monitus sum	rēctus sum	audītus sum	captus sum
	2 parātus es	etc.	etc.	etc.	etc.
	3 parātus est				
<i>plural</i>	1 parātī sumus				
	2 parātī estis				
	3 parātī sunt				
<i>future perfect</i>					
<i>singular</i>	1 parātus erō	monitus erō	rēctus erō	audītus erō	captus erō
	2 parātus eris	etc.	etc.	etc.	etc.
	3 parātus erit				
<i>plural</i>	1 parātī erimus				
	2 parātī eritis				
	3 parātī erunt				
<i>pluperfect</i>					
<i>singular</i>	1 parātus eram	monitus eram	rēctus eram	audītus eram	captus eram
	2 parātus erās	etc.	etc.	etc.	etc.
	3 parātus erat				
<i>plural</i>	1 parātī erāmus				
	2 parātī erātis				
	3 parātī erant				

Participles*present active*

parāns, parantis <i>preparing</i>	monēns, monentis <i>warning</i>	regēns, regentis <i>ruling</i>	audiēns, audientis <i>hearing</i>	capiēns, capientis <i>taking</i>
--------------------------------------	------------------------------------	-----------------------------------	--------------------------------------	-------------------------------------

perfect passive

parātus, -a, -um <i>having been prepared</i>	monitus, -a, -um <i>having been warned</i>	rēctus, -a, -um <i>having been ruled</i>	audītus, -a, -um <i>having been heard</i>	captus, -a, -um <i>having been taken</i>
-----------------------------------------------------	---------------------------------------------------	-------------------------------------------------	--------------------------------------------------	-------------------------------------------------

Irregular verbs

sum: infinitive esse I am	possum: infinitive posse (pot + sum) I am able	eō: infinitive īre (stem i-) I go
--------------------------------------------	-----------------------------------------------------------------	----------------------------------------------------

present

<i>singular</i>	1 sum 2 es 3 est	possum potes potest	eō īs it
<i>plural</i>	1 sumus 2 estis 3 sunt	possumus potestis possunt	īmus ītis eunt

future

<i>singular</i>	1 erō 2 eris 3 erit	pot-erō pot-eris pot-erit	ī-bō ī-bis ī-bit
<i>plural</i>	1 erimus 2 eritis 3 erunt	pot-erimus pot-eritis pot-erunt	ī-bimus ī-bitis ī-bunt

imperfect

<i>singular</i>	1 eram 2 erās 3 erat	pot-eram pot-erās pot-erat	ī-bam ī-bās ī-bat
<i>plural</i>	1 erāmus 2 erātis 3 erant	pot-erāmus pot-erātis pot-erant	ī-bāmus ī-bātis ī-bant

perfect stem

fu-	potu-	i-
1 fu-ī	potu-ī	i-ī
2 fu-istī	potu-istī	īstī
3 fu-it	potu-it	i-it
1 fu-imus	potu-imus	i-imus
2 fu-istis	potu-istis	īstis
3 fu-ērunt	potu-ērunt	i-ērunt

future perfect

fu-erō etc.	potu-erō etc.	i-erō etc.
-------------	---------------	------------

pluperfect

fu-eram etc.	potu-eram etc.	i-eram etc.
--------------	----------------	-------------

imperatives

<i>singular</i>	es, estō	ī
<i>plural</i>	este	īte

present participle

–	–	iēns, euntis
---	---	--------------

volō, velle, voluī	I wish, I am willing
nōlō, nōlle, nōluī	I am unwilling, I refuse
mālō, mälle, māluī	I prefer
ferō, ferre, tuli, lātum	I carry, bear

<i>present</i>				<i>active</i>	<i>passive</i>
<i>singular</i>	1 volō	nōlō	mālō	ferō	feror
	2 vīs	nōn vīs	māvīs	fers	ferris
	3 vult	nōn vult	māvult	fert	fertur
<i>plural</i>	1 volumus	nōlumus	mālumus	ferimus	ferimur
	2 vultis	nōn vultis	māvultis	fertis	feriminī
	3 volunt	nōlunt	mālunt	ferunt	feruntur
<i>future</i>					
<i>singular</i>	1 volam	nōlam	mālam	feram	ferar
	2 volēs	nōlēs	mālēs	ferēs	ferēris
	3 volet etc.	nōlet etc.	mālet etc.	feret etc.	ferētur etc.
<i>imperfect</i>	volēbam etc.	nōlēbam etc.	mālēbam etc.	ferēbam etc.	ferēbar etc.
<i>perfect</i>	voluī etc.	nōluī etc.	māluī etc.	tuli etc.	lātus sum etc.
<i>future perfect</i>	voluerō etc.	nōluerō etc.	māluerō etc.	tulerō etc.	lātus erō etc.
<i>pluperfect</i>	volueram etc.	nōlueram etc.	mālueram etc.	tuleram etc.	lātus eram etc.
<i>imperatives</i>	–	nōlī	–	fer	ferre
	–	nōlīte	–	ferite	feriminī
<i>infinitive</i>	velle	nōlle	mälle	ferre	ferri
<i>participle</i>	volēns	nōlēns	–	ferēns	lātus, -a, -um
	volentis	nōlentis	–	ferentis	

Principal parts of verbs

Regular verbs of 1st, 2nd and 4th conjugations

	<i>present</i>	<i>infinitive</i>	<i>perfect</i>	<i>supine</i>
<i>1st</i>	parō	parāre	parāvī	parātum
<i>2nd</i>	moneō	monēre	monuī	monitum
<i>4th</i>	audiō	audire	audīvī	audītum

The following are irregular:

1st conjugation

dō, dare, dedī, datum	I give
stō, stāre, steti, statum	I stand
iuvō, iuvāre, iuvī, iūtum	I help
lavō, lavāre, lāvī, lautum	I wash

2nd conjugation

ardeō, ardēre, arsi, arsum	I burn, am on fire
augeō, augēre, auxi, auctum	I increase
doceō, docēre, docui, doctum	I teach
faveō, favēre, favi, fautum + dat.	I favour
fleō, flēre, flēvi, flētum	I weep
iubeō, iubēre, iussi, iussum	I order
maneō, manēre, mansi, mansum	I stay, remain
moveō, movēre, movi, mōtum	I move
persuadeō, persuadēre, persuasi, persuasum + dat.	I persuade
respondeō, respondēre, respondi, responsum	I answer
rideo, ridēre, risi, risum	I laugh
sedeō, sedēre, sedi, sessum	I sit
teneō, tenēre, tenui, tentum	I hold
videō, vidēre, vidi, visum	I see

4th conjugation

aperiō, aperire, aperui, apertum	I open
veniō, venire, veni, ventum	I come

3rd conjugation verbs, arranged by type

1a Perfect -sī, supine -tum (see chapter 17)

dicō, dicere, dixi, dictum	I say, tell
dūcō, ducere, duxi, ductum	I lead
gerō, gerere, gessi, gestum	I carry, wear
regō, regere, rexī, rēctum	I rule
scribō, scribere, scripsi, scriptum	I write
surgō*, surgere, surrexi, surrectum	I rise, get up (surrigo)
trahō*, trahere, traxi, tractum	I drag (tragho)
vehō*, vehere, vexi, vectum	I carry (veggo)
vivō*, vivere, vixi, victum	I live (viggo)

Notes

1 verbs marked *: the forms in brackets are the original form of the verb.

2 **regō, surgō, mittō** lengthen the vowel of the stem in the perfect.

3 Compound verbs usually form the perfect in the same way as the simple verb, e.g.

prōcēdō, prōcēdere, prōcessi, prōcessum
remittō, remittere, remisi, remissum

1b Perfect -sī, supine -sum (see chapter 17)

cēdō, cēdere, cessi, cessum	I yield ('go' in compounds)
claudō, claudere, clausi, clausum	I shut
ēvādō, ēvādere, ēvasi, ēvasum	I escape
lūdō, lūdere, lūsi, lūsum	I play
mittō, mittere, misi, missum	I send

2a Perfect stem the same as the present, supine -tum (see chapter 18)

cōstituō, cōstituere, cōstitui, cōstitutum	I decide
contendō, contendere, contendi, contentum	I march, hasten
induō, induere, indui, indūtum	I put on
solvō, solvere, solvi, solūtum	I loose

2b Perfect stem the same as the present, supine -sum (see chapter 18)

accendō, accendere, accendi, accēsum	I light (a fire)
ascendō, ascendere, ascendi, ascēsum	I climb
dēscendō, dēscendere, dēscendi, dēscēsum	I climb down
dēfendō, dēfendere, dēfendi, dēfēsum	I defend

2c Perfect stem the same as the present but no supine:

bibō, bibere, bibi	I drink
vīsō, vīsere, vīsi	I go to see

3 Verbs lengthening stem vowel in the perfect, supine **-tum** (see chapter 19)

agō, agere, ēgī, actum	I do, I drive
cōgō, cōgere, cōēgī, cōactum	I drive together, I compel
emō, emere, ēmī, ēmptum	I buy
legō, legere, lēgī, lēctum	I read, I gather
frangō*, frangere, frēgī, frāctum	I break
relinquō*, relinquere, reliquī, relictum	I leave
rumpō*, rumpere, rūpī, ruptum	I burst open
vincō*, vincere, vīcī, victum	I conquer

NB *these verbs insert **n** (**m** before **p**) in the present, which is dropped in perfect and supine, e.g. **fra-n-gō**, original stem **fragō**, hence **frēgī, frāctum**.

4a Verbs with reduplicated perfect, supine **-tum** (see chapter 20)

addō, addere, addidī, additum	I add (so all compounds of dō)
canō, canere, cecinī, cantum	I sing

Note also 1st conjugation:

dō, dare, dedi, datum	I give
stō, stāre, steti, statum	I stand
instō, instāre, instifi, instatum	I press hard on

4b Verbs with reduplicated perfect, supine **-sum** (see chapter 20)

cadō, cadere, cecidī, casum	I fall
currō, currere, cucurri, cursum	I run
pellō, pellere, pepulī, pulsum	I drive

Note that compounds of **cadō**, **currō** and **pellō** do not have reduplicated perfects, e.g.

expellō, expellere, expulī, expulsum	I drive out
incidō, incidere, incidī, incāsum	I fall down
occurrō, occurrere, occurri, occursum	I run to meet, meet

5 Verbs forming perfect **-vī/-uī** (see chapter 21)

arcessō, arcessere, arcessivī, arcessitum	I summon
colō, colere, coluī, cultum	I cultivate
petō, petere, petivī, petitum	I seek
pōnō, pōnere, posuī, positum	I place
quaerō, quaerere, quaesivī, quaesitum	I ask, seek
sinō, sinere, sivī, situm	I allow
dēsīnō, dēsinere, dēsīi, dēsītum	I cease

Note also 4th conjugation:

aperiō, aperire, aperuī, apertum	I open
-----------------------------------------	--------

6 Inceptive verbs (see chapter 22)

cognōscō, cognōscere, cognōvī, cognitum	I get to know, learn
crēscō, crēscere, crēvī, crētum	I grow
nōscō, nōscere, nōvī, nōtum	I get to know
quiēscō, quiēscere, quiēvī, quiētum	I rest

7 Mixed conjugation

capiō, capere, cēpī, captum	I take
cupiō, cupere, cupīvī, cupitum	I desire
faciō, facere, fēcī, factum	I make, do
fugiō, fugere, fūgī, fugitum	I flee
iaciō, iacere, iēcī, iactum	I throw
rapiō, rapere, rapuī, raptum	I seize
(in)spiciō, (in)spicere, (in)spexi, (in)spectum	I look at

PREPOSITIONS

The following take the accusative:

ad	to, towards
ante	before
circum	around
contrā	against
extrā	outside
in	into, onto
inter	among
per	through
post	after, behind
prope	near
propter	on account of
super	above
trāns	across

The following take the ablative:

ā/ab	from
cum	with
dē	down from; about
ē/ex	out of
in	in, on
prō	in front of, on behalf of
sine	without
sub	under

CONJUNCTIONS

Coordinating

atque	and
aut	or
aut...aut	either...or
enim*	for
ergō	and so
et	and
et...et	both...and
igitur*	therefore, and so
itaque	and so
nam	for
nec/neque	and not, nor
nec/neque...nec/neque	neither...nor
-que	and
sed	but
tamen*	but, however

Subordinating

cum	when
dum	while
nisi	unless
quamquam	although
quod	because
sī	if
ubi	when
ut	as

*these come second word in their sentence

The numbers after the words indicate the chapter vocabularies in which the words occur; those with no number have not been learnt.

Principal parts of all verbs are given except for regular verbs of the 1st conjugation, which are listed with infinitive only.

ā/ab + abl. (7) from; by

abhinc ago

absum, abesse, āfuī + abl. (18) I am away from, I am absent
ac/atque and

accēdō, accēdere, accessī, accessum (4) I approach

accendō, accendere, accendī, accēsum (27) I set fire to

accidit, accidere, accidit (26) it happens

accipiō, accipere, accēpi, acceptum (9) I receive

accurrō, currere, accurrī, accursum I run to

ad + acc. (3) towards, to

addō, addere, addidī, additum I add

adducō, adducere, adduxī, adductum I lead to;
I influence

adhuc (18) still

adiuvō, adiuvāre, adiūvi, adiūtum (33) I help

administrō, administrāre (33) I manage, administer

admīrātiō, admīrātiōnis, f. (16) wonder

adoptō, adoptāre I adopt

adsum, adesse, adfuī (4) I am present

adveniō, advenire, advēni, adventum (5) I arrive

adventus, adventus, m. (29) arrival

adversus, -a, -um (32) facing, contrary, against

aedēs, aedium, f. pl. (21) house

aedificium, -i, n. (19) building

aedificō, aedificāre (11) I build

aeger, aegra, aegrum (23) sick, ill

aegrē with difficulty

aequus, -a, -um (30) equal, fair

afficiō, afficere, affēcī, affectum I affect

affigō, affigere, affixī, affixum I affix

age! come on!

ager, agrī, m. (3) field

agō, agere, ēgi, actum (19) I drive; I do, manage

agora, -ae, f. agora, city centre

aliquis, aliquid (21) someone, something

alius, alia, aliud (5) other, another

aliī ... aliī some ... others

alter, altera, alterum (29) one or the other (of two); second

altus, -a, -um (19) high, deep

ambulō, ambulāre (1) I walk

amicus, -i, m. (4) friend

amicus, -a, -um friendly

amō, amāre (12) I love

amor, amoris, m. (12) love

an? (29) or?

animus, -i, m. (12) mind

in animō habeo I have in mind, intend

annus, -i, m. (18) year

ante + acc. (12) before

anteā (adv.) before

antiquus, -a, -um (30) old, ancient

ānxiētās, ānxiētātis, f. (23) anxiety

ānxius, -a, -um (3) anxious

aperiō, aperire, aperui, apertum (19) I open

apertus, -a, -um (19) open

appellō, appellāre (20) I call (by name)

aqua, -ae, f. (2) water

arbor, arboris, f. (13) tree

arcessō, arcessere, arcessivi, arcessitum (30) I summon

ardeō, ardere, arsi, arsum (26) I am on fire

argentum, -i, n. (28) silver, money

arithmētica, -ae, f. arithmetic

arma, armōrum, n. pl. (11) arms, weapons

armātus, -a, -um (26) armed

ascendō, ascendere, ascendī, ascēsum (3) I climb

asinus, -i, m. ass

atque (32) and

ātrium, -i, n. (21) hall

attendō, attendere, attendī, attentum I attend

attentē attentively

attonitus, -a, -um astonished

audiō, audire, audīvi, auditum (3) I hear

audītor, audītōris, m. listener, audience

auferō, auferre, abstuli, ablātum I carry away

augeō, augere, auxi, auctum (27) I increase

aula, -ae, f. courtyard

aura, -ae, f. (13) breeze, air

aut ... aut (12) either ... or

auxilium, -i, n. (15) help

avis, avis, f. bird

balnea, -ōrum, n. pl. (23) baths

bellum, -i, n. (11) war

bene (8) well

benignus, -a, -um (27) kind

bibō, bibere, bibi (9) I drink

bona, -ōrum, n. pl. (32) goods

bonus, -a, -um (5) good

brevis, breve (25) short

cadō, cadere, cecidi, cāsum (3) I fall

caelum, -i, n. (10) sky, heaven

campus, -i, m. (25) field, plain

candidātus, -i, m. (17) candidate

candidus, -a, -um (17) white

canis, canis, c. (7) dog

- canō, canere, cecinī, cantum** (14) I sing
capiō, capere, cēpī, captum (7) I take
capsula, -ae, f. box, satchel
caput, capitis, n. (26) head
carmen, carminis, n. (14) song
cārus, -a, -um (7) dear
casa, -ae, f. (1) house, cottage
castra, castrōrum, n. pl. (11) camp
cāsus, -ūs, m. (22) mishap, misfortune
caupōna, -ae, f. inn
causa, -ae, f. (26) cause, reason
cautus, -a, -um (33) cautious
caveō, cavēre, cāvī, cautum (24) I beware
celebrō, celebrāre I celebrate
celer, celeris quick
celeritās, celeritātis, f. (23) speed
celeriter (6) quickly
cēlō, cēlāre I hide
cēna, -ae, f. (1) dinner
cēnō, cēnāre (1) I dine
centum a hundred
centuriō, centuriōnis, m. (14) centurion
certē certainly
certus, -a, -um (33) certain; resolved
aliquem certiōrem faciō (32) I inform someone
cessō, cessāre I idle, linger
cēterī, cēterae, cētera (6) the others, the rest
chorus, -ī, m. (30) chorus
cibus, -ī, m. (3) food
circum + acc. (8) round
circumspectō, circumspectāre I look round
circumstō, -stāre, -stetī, -statum I stand round
circumveniō, -venīre, -vēnī, -ventum (15) I surround
circumvolō, circumvolāre I fly round
civilis, cīvile (27) of citizens, civil
civis, cīvis, c. (15) citizen
clam (32) secretly
clāmō, clāmāre (5) I shout
clāmor, clāmōris, m. (10) shout
clārus, -a, -um (21) clear, bright, famous
